

**Lellus Pauli de Serromanis (1387-1398)** [ver. 1.1.]

**Roma, Archivio Capitolino, Notai, Sezione I, voll. 763/1- 5 [vol. 6 (1427)]**



1.

1387

f. 1r<sup>(a)</sup> In nomine Domini amen. Anno Domini millesimo III<sup>c</sup>LXXXVII pontificatus domini Urbani pape VI indictione X<sup>a</sup> mensibus<sup>(b)</sup> et diebus infrascriptis.  
Hic est liber sive quaternus contractum mei Lelli Pauli de Sorromanis, Dei gratia imperiali auctoritate notarii, continens in se contractus<sup>(c)</sup> presentis anni sub brevitate compositus.  
Et ego Lellus de Sorromanis notarius qui supra

(S)

scriptum per me Lellum de Sorromanis notarium qui supra<sup>(d)</sup>.

a) Sul margine superiore del foglio è annotato un segno di croce greca poi coperta da una macchia di inchiostro e l'invocazione "Adsit principio virgo Maria meo"<sup>b)</sup> Depennato "ianuarii die VIto"<sup>c)</sup> Depennato "sub"<sup>d)</sup> Segue il f. 1v bianco.

2.

1387, gennaio 6

f. 2r Indictione X<sup>a</sup> mense ianuarii die VI<sup>to</sup>.  
In presentia mei notarii etc. Nos Nicolaus Iohannis Passalacqua de regione Pinee et Madalenus Cole Pillelle de dicta regione arbitri et arbitratores et amicabile compositores electi et ordinati per Petrum olim de Milana et nunc de Urbe de regione Campitelli panacterium, ex una parte et Francischum olim de Duterto<sup>(a)</sup> et<sup>(b)</sup> nunc de regione Pinee lanarolum, ex alia, respectu et occasione certe quantitatis denarii petiti per ipsum Petrum, dicto Francisco. Item et occasione exbandimenti iudicii executi et occasione expensarum factarum in exbandimento predicto et dom( ) eo quod petere posset dictus Petrus eidem Francisco usque in presentem diem,

f. 2v ut in compromisso in nos facto scripto manu Sabbe Nicolai Iohannis Stephani notarii publici et tunc notarii socii latius continetur unde nos arbitri predicti sedentes pro tribunali in podiis domus Butii Raytini de regione Pinee viam arbitratoriam eligentes pro bono pacis<sup>(c)</sup> et concordie dictarum partium, auditis ipsis partibus et que coram nobis dicere et allegare voluerunt, Christi nomine invocato arbitramus et arbitrandi precipimus et mandamus ad penam in dicto compromisso contenta quod dictus Francischus det et solvat ac dare etolvere teneatur eidem Petro pro supradictis occasionibus L<sup>ta</sup> solidos provisionorum senatus et usualis monete presentem mensem ianuarii et mandavit ad penam predictam centum florenos auri quod dictus Petrus receptis dictis L<sup>ta</sup> solidis a<sup>(d)</sup> dicto Francisco tenetur et debeat facere generalem refutationem et quietationem dicto

f. 3r Francisco ad sensum sapientis ipsius Francisci ac etiam de omni quod petere possit dictus Francischus occasione predicta usque in presente die<sup>(e)</sup>.  
Actum in regione Pinee presentibus hiis testibus, scilicet Lello Bartholomei de regione<sup>(f)</sup> Colupne et Petrutio filio olim Bucciarelli arcierii olim de Flayano et nunc de regione Pinee, Tutio Nutii Cencis dicto alias Abbatello de dicta regione Pinee ad hec specialiter vocatis et rogatis.

a) Così P<sup>b)</sup> Ripetuto "et"<sup>c)</sup> P "paci"<sup>d)</sup> P "ai"<sup>e)</sup> Depennata una s finale<sup>f)</sup> Depennato "Pinee".

3.

1387, gennaio 9

f. 3v Indictione X<sup>a</sup> mense ianuarii die VIII<sup>to</sup>.  
In presentia mei notarii etc. presbiter Nicolaus rector ecclesie Sancti Stephani de Pinea et Lellus Nucciolini pelliparii de regione Colupne clericus dicte ecclesie, qui Lellus primo iuravit etc. ac die presente ipsi et quilibet ipsorum se et bona sua principaliter obligandum, et pro Iohanne Petri de Sutrio de regione Pinee et Nardulo filio Iohannis Nardi Porcharii de dicta regione et promiserunt de rato etc. eorum bonis propriis et spontaneis voluntatibus refutaverunt et per pactum de ulterius non petendo remiserunt domino Laurentio de Thedallinis de regione Colupne, presenti et recipienti et legitime stipulanti pro se et suis heredibus et successoribus, idest omnia iura omnesque actiones petitiones reales et personales utiles et directas tacitas et expressas ypotecharias seu mistas sive

f. 4r in iuribus scriptas que et quas petere posset hunc seu in futurum habere spectare contra ipsum dominum Laurentium vel eius bona tam occasione dicte ecclesie quam etiam suo proprio nomine. Item et occasione carte locationis facte per dictos presbiterum et clericos duarum petiarum terrarum plus vel minus quante sunt prout in istrumento locationis scripte manu publici<sup>(a)</sup> notari plenius continetur. Item et occasione apodixe facte per dictos presbiterum et clericos occasione pensionis dicte terre. Item et occasione expensarum factarum in dicta apodixa et generaliter de omni eo quod petere posset dictus presbiter Nicolaus et clerici dicto domino Laurentio tam occasione ecclesie quam proprio nomine ipsorum seu quacumque alia ratione modo iure titulo sive causa usque in presentem diem. Hanc autem refutationem fecerunt dicti presbiteri et

f. 4v clericis<sup>(b)</sup> que dicta sunt et infra dicentur eidem domino Laurentio, presenti et recipienti ut supra, et michi notario recipientibus pro eo quod<sup>(c)</sup> dicti presbiter Nicolaus et clerici supradicti confessi fuerunt et recongnoverunt sese recepisse et habuisse omne id quod petere possent in persona seu bonis dicti domini Laurentii<sup>(d)</sup> quovis colore quesito de quibus omnibus et singulis se bene quietos contentos et pacatos vocaverunt, pro quibus etc. et obligaverunt etc. et promiserunt etc. et renumpsiaverunt etc.

Actum in domo Dominorum Banderensium, presentibus hiis testibus, scilicet<sup>(e)</sup> Laurentio Cole Veri et Ceccho magistri Pauli de regione Colupne ad hec vocatis et rogatis.

a) P “puc” b) P “crelici” c) Ripetuto “pro eo quod” d) Depennato “se” e) Depennato “Colutie”.

#### 4.

1387, gennaio 9

f. 5r Eodem die et coram supradictis contestibus.

In presentia mei notarii etc.

Laurentius de Thedallinis de regione Colupne, qui primo iuravit etc. sponte renumpsiavit presbitero Nicolao rectore ecclesie Sancti Stephani de Pinea et Lello Nucciolini<sup>(a)</sup> pelliparii clerico dicte ecclesie, presenti et recipienti vice et nomine aliorum clericorum dicte ecclesie, duas petias terrarum sementaricie plus vel minus quante sunt quam ab eis habuit ad locationem ut patet manu publici notarii<sup>(b)</sup> et dedit eis plenam licentiam et liberam potestatem possidere intrare et eas iterum locare cuibuscumque eis placuerit, presenti et recipienti ut supra et michi notario, presenti et recipienti ut supra, et promisit in dictis terris amplius non intrare et uti nec coltivare et voluit quod dicta locatio sit nulla et nullius valoris, pro quibus etc. et obligavit etc. et renumpsiavit etc. et promisit etc.

a) Depennato “de” b) Depennato “p”.

#### 5.

1387, gennaio 28

f. 5v Indictione X<sup>a</sup> mense ianuarii die XXVIII.

In presentia mei notarii etc. Stephanus Luce de regione Campimartis sua bona propria voluntate confessus est se recepisse in depositum nomine et ex causa depositi et penes se habere et tenere a Sabba de Sorromanis de regione Pinee, presente et recipiente et legitime stipulante pro se et suis heredibus et successoribus vel cui ipse Sabbas dare et concedere voluerit, scilicet VII florenos auri et solidos XLIII<sup>or</sup> provisinatorum senatus boni et iuxti ponderis et usualis monete, quo VII florenos auri et solidos XLIII<sup>or</sup> confessus fuit se recepisse et se bene quietum contentum et pacatum vocavit et renumpsiavit exceptioni non solutorum etc. et exceptioni doli mali et in factum conditioni ob causam vel sine causa et spey future numerationis et receptionis,

f. 6r quos quidem VII florenos auri et solidos XLIII<sup>or</sup> et depositum predictum promisit dictus Stefanus eidem Sabbe tenere et salvos facere ad omne eius rescum periculum et fortunam scilicet incendii naufragii furti rapine exfortiamenti et cuiuslibet alterius generis casus fortunati<sup>(a)</sup> quos florenos et solidos et depositum predictum promisit dictus Stefanus dare et solvere domine Caterine<sup>(b)</sup> uxoris dicti Sabbe cum consensu et voluntate dicti Sabbe, presenti et consensientis et acceptantis ad omnem petitionem et voluntatem dicte domine Caterine, presentis et recipientis cum dampnis et expensis abinde in antea faciendo pro quibus etc. obligavit etc. et renumpsiavit etc. et promisit etc.

Actum in domo dicti Sabbe, presentibus hiis testibus, scilicet Loyscio de Sancto Eustachio de regione Trivii et Alterio Corradutii spetiario de regione Pinee etc.<sup>(c)</sup>

a) Così P b) Così P e nei casi seguenti c) Così P.

#### 6.

1387, gennaio 28

f. 6v Eodem die, anno, mense, pontificatu et indictione.

In presentia mei notarii<sup>(a)</sup>. Anthonius Mascii de regione Campimartis, qui primo iuravit etc. sponte confessus est et in veritate recognovit se tenere in depositum nomine et causa depositi a Sabba de Sorromanis de regione Pinee, presente et deponente et legitime stipulante pro se et suis heredibus vel cui ipse Sabbas dare et concedere voluerit, scilicet XLVIII florenos auri boni et puri et iusti et legalis ponderis et solidos XIII et denarios VI provisinatorum et unum rublum grani puri et necti ad mensuram romanam, quos ab ipso Sabba recepit et habuit et de eis se bene quietum contentum et pacatum vocavit et renumpsiavit exceptioni non solutorum non numeratorum non ponderatorum, non habitorum dictorum florenorum, solidorum, denariorum

f. 7r et granum predictum exceptioni doli mali et in factum conditioni ob causam et sine causa et spey future numerationis et receptionis, quos quidem florenos et solidos et denarios et granum promisit dictus Anthonius dicto Sabbe, presenti et recipienti et legitime stipulanti vice et nomine suorum heredum etc. tenere et salvos facere omni ipsius rescu periculo et fortunam scilicet incendii naufragii furti rapine exfortiamenti et

f. 7v cuiuslibet alterius casus fortunarum et ipsos florenos, solidos, denarios et granum promisit dictus Anthonius dicto Sabbe, presenti et recipienti et stipulanti ut supra redere et restituere ad omnem petitionem et voluntatem domine Caterine<sup>(b)</sup> uxoris dicti Sabbe ad voluntatem ipsius domine Caterine in pecunia numerata et non in alia specie seu re cum dampnis et expensis abinde in antea faciendis pro quibus omnibus et singulis etc. et obligavit etc. et renumpsiavit etc. et promisit etc.  
Actum ut supra in domo dicti Sabbe, presentibus hiis testibus, scilicet Benedicto Costantie de regione Sancti Heustachii et Palutio Petri Guictonis de regione Pinee.

a) Omesso "etc." b) Così P.

## 7.

1387, febbraio 10

Indictione X<sup>a</sup> mense february die X<sup>o</sup> eiusdem anno.

Rentia filia olim Petri et nunc uxor Anthonii Gualaffi de regione Pinee infirma corpore mente quidem sana et conscientia pura timens casum future mortis eventum nollens decedere intestata etc. in quo quidem meo testamento michi heredes instituo duos pauperes Christi quibus relinquo sex denaris provisiorum pro quolibet et quod de bonis meis petere plus non possent. Item dico me habere unam vineam cum vitis et arboribus ad quartam reddendam monasterio ecclesie Sancte Angnetis extra muros, positam extra portam

f. 8r Domine infra suos confines, que est dos mea. Item confiteor<sup>(a)</sup> me tenere in depositum a domina Petrutia moniali venerabilis monasterii Sancti Ciriaci de Urbe in XI florenis auri ut patet manu Iohannis Nelloi publici notarii. Item confiteor me habere in comodum a domina Laurentia filia olim Lescii unum anulum aureum cum lapide çaffili<sup>(b)</sup> pretioso. Item relinquo quod habeo a Costantia uxori Capogruessi unam tobaliam valoris XIII solidorum. Item relinquo omnia bona mea et dotem meam Anthonio marito meo et quod ipse Anthonius tenetur satisfacere omnia debita supradicta de dicta vinea et de aliis bonis executorem relinquo Anthonium maritum meum predictum.

f. 8v Actum in domo dicte Rentie, presentibus hiis testibus, scilicet Tutio Nutii Crucis, Iohanne Scorsolino, Iacobo Amadey, Laurentio Andree Blaxii, Cola Cortesi, Colavini Albi et calulario et Anthonio Piççi omnibus de regione Pinee ad hec vocatis et rogatis.

a) Depennato XX b) Così P.

## 8.

1387, febbraio 28

Indictione X mense february die ultimo eiusdem anno.

In presentia mei notarii etc. Cola Iohannis Passalacqua<sup>(a)</sup> de regione Pinee, qui primo iuravit etc. sponte compromisit in discretum virum Iohannem de Palarci de regione Arenule vaccinarium, presentem et acceptantem tamquam eius arbitrum etc. de omni briga lite discordia controversia et<sup>(b)</sup> questione que est vel esse possit inter dictum Colam, ex una parte, et Lellum Saxum de regione Arenule, ex altera, tam occasione verborum iniuriariorum ut dicitur<sup>(c)</sup> dictorum predictum Colam contra dictum Lellum. Item occasione iniuriarum factarum in dictis ut supra et generaliter de omni eo quod petere possit dictus Cola dicto Lello qualicumque

f. 9r occasione dans et concedens<sup>(d)</sup> plenam licentiam et liberam potestatem possidendi inter se arbitrare etc. alte et basse de iure et de facto pacem vel perpetuam securitatem sive ad tempus cum satisfactione vel sine prout dictis arbitris<sup>(e)</sup> melius videbitur etc. promisit etc.<sup>(f)</sup> pro quibus etc. obligavit etc. et renumpsiavit etc. sub pena V<sup>c</sup> librarum pro medietate camere Urbis et pro alia medietate parti fidem servanti.

Actum in regione Pinee ante domum que fuit olim Matheuli Cole Quarante, presentibus hiis testibus, scilicet Iohannes Cecchi Marronis, Iulianus pellarius et Anthonius Butii Iubillei de regione Pinee et ad hec precibus dicti Cole

Andreotius Anthonii calularius de regione Pontis

Alfatellus pellarius [et]\*

Romanus pellarius [ambo]\* de regione Pinee

qui principaliter eorum bona obligaverunt penes dictum Lellum et me notarium, presentem et recipientem vice et nomine camere et partis fidem servantis et promiserunt quod dictus Cola observabit omnia id quod descendencia vigore dicti compromissi ideo etc. promiserunt etc. obligavit etc. et renumpsiavit etc.

a) P "Passalacqua" b) Depennato g c) Corretto sul precedente "datur" d) Così P e) Così P invece che al singolare f) Depennato "oblig".

## 9.

1387, febbraio 28

f. 9v Eodem anno, mense, indictione, pontificatu et die et coram infrascriptis testibus, scilicet Grabiele et<sup>(a)</sup> Petro Grabelis et Fatiolo de regione Arenule et Dominico de Viturclano ad hec vocatis et rogatis.

Actum<sup>(b)</sup> ante porticale Sancte Marie in Monticelli de regione Arenule.

Lellus Saxi de regione Arenule, qui primo iuravit etc. sponte compromisit in discretum virum Iohannem Palarci de dicta regione, presentem et acceptantem tamquam in eius arbitrum etc. de omni briga quam habet cum Cola Iohannis Passalacqua in supradicto compromisso contento dans et concedens plenam potestatem dicto arbitro promisit quicquid arbitratum fuerit ratum et firmum habere etc. sub obligatione omnium bonorum suorum etc. et sub pena V<sup>c</sup> librarum stipulanda prout in superiori compromisso continetur, pro quibus etc. et obligavit et renumpsiavit etc. precibus et rogatu dicti Lelli Iacobellus Nutii Petri Bobonis, Iacobellus Pauli Rosa et Iacobellus Sabbe qui iuravit contra non venire ratione minoris etatis

f. 10r XX<sup>ti</sup>V seu XX<sup>ti</sup> annorum et nec qualibet alia ratione modo iure etc. et principaliter bona eorum obliganda sponte fideiusserunt pro dicto Lello et penes dictum Colam et me notarium, presentem et recipientem, vice et nomine partis et promiserunt se facturos et curaturos quod dictus Lellus observabit omne arbitrium quod descenderet vigore dicti compromissi sub pena in compromisso apposita, pro quibus etc. et renumpsiavit etc. et obligavit etc.

a) Depennato "Iacobelli" b) Omessa la cancellazione di "in" e depennato "domo".

10.

1387, febbraio 28

Eodem die, anno, mense, pontificatu, indictione et coram dictis testibus<sup>(a)</sup>.

Dictus Iohannes Palarci arbiter predictus seddens pro tribunali in podiis ecclesie Sancte Marie in Monticellis precepit securitatem durante compromisso quod dicte partes non debeant offendi ad insimul sub pena contenta in compromisso, presente dicto Lello et absente dicto Cola scilicet tamen notificatum fuit sibi per me in presentia Andreotii Anthonii et Alfatelli Nutii Crucis.

a) Depennato "prefati".

11.

1387, marzo 3

In<sup>(a)</sup> nomine Domini amen. Anno Domini millesimo III<sup>c</sup>LXXXVII pontificatus domini Urbani pape V<sup>ti</sup> indictione X<sup>a</sup> mense martii die III<sup>o</sup>

In presentia mei notarii etc. Lellus Saxi de regione Arenule, qui primo iuravit etc., ex una parte, et Cola Iohannis Passalacqua de regione Pinee qui simili modo iuravit etc., ex alia parte, ac die presente<sup>(b)</sup> eorum propriis et spontaneis voluntatibus fecerunt inter sese ad invicem veram et mundam pacem et perpetuam securitatem osculo<sup>(c)</sup> vere pacis interveniente inter eos de ore ad os et remiserunt unus alteri et alter alteri omnem iniuriam et offensam factam vel illatam per ipsos, unus contra alium et alius contra alterum nec non et omnia et singula iura que habent<sup>(d)</sup> ab invicem et petere possent hinc inde occasione accusationis seu inquisitionis per ipsas partes seu per quoscumque duos hinc iudicarium de quibuscumque excessibus et occasione quondam que iudicia sequerentur occasione dictarum ad( ) quam pacem et perpetuam securitatem perpetuo promiserunt dicte partes

f. 11r actendere et observare illesas et inviolatas et non offendi nec offendi facere una pars alteram in persona vel bonis sub pena V<sup>c</sup> librarum provisiorum senatus stipulanda pro medietate camere Urbis et pro alia medietate parti fidem servanti et michi notario ut publice persone recipienti vice et nomine camere et partis lesis et voluerunt dicte partes quod dicta pena totiens tollatur et exigatur quotiens contra factum fuerit per eas vel aliquam ipsarum promiserunt tamen quod dicta securitas non intelligatur fracta nisi eo modo quo pax frangitur<sup>(e)</sup> videlicet tactis manibus renumpsiaverunt in predictis dicte partes capitulo consuetudinibus Urbis loquenti de penis conventionalibus non exigendis<sup>(f)</sup> pro quibus omnibus et singulis observandis obligaverunt etc. et renumpsiaverunt etc. et ad hec ad petitionem et instantiam dicti Cole penes dictum Lellum Saxium, presentem et recipientem, et me notarium publicam personam, presentem et recipientem vice et nomine camere Urbis et partis fidem servantis, scilicet Tutius Nutii Crucis dictus alias Alfarello pellarius<sup>(g)</sup> et Stefanellus Petri Gani de regione Pontis et

f. 11v ex certa scientia promiserunt et fide se facturos et curaturos quod dictus Cola non offendet nec offendi faciet per sese ipsum vel alium seu alios eius nomine et pro eo in persona vel bona dictum Lellum sub pena et ad penam predictam solvendam ut supra et michi notario ut publice persone stipulanti ut supra et versavice ad petitionem et instantiam dicti<sup>(h)</sup> Lelli penes dictum Colam, presentem et recipientem et legitime stipulantem, vice et nomine camere et partes, Iacobellus Nutii Petri Bobonis et Iacobellus Sabbe de regione Arenule et Matthuçcellus Vannis de regione Transtiberim sponte fideiusserunt et promiserunt sese facturos et curaturos quod dictus Lellus non offendere nec offendi faciet per sese ipsum vel alium seu alios eius nomine in persona vel bonis dictum Colam scilicet dictam pacem et perpetuam securitatem observabit illesam ad penam predictam stipulatam ut supra, renumpsiaverunt in predictis dicti fideiussores epistule divi Adriani et omnibus statutis et consuetudinibus quibus contra predicta vel aliquem predictorum possit contra facienti venire(?) renumpsiaverunt expresse

f. 12r pro quibus etc. obligaverunt etc. et renumpsiaverunt etc.

Actum in regione Sancti Eustachii presentibus hiis testibus supradictis<sup>(i)</sup>. Testes Anthonius Cacchi et Sabbas Paulus Bartholomey pictor de regione Pinee, Iacobellus Panegallina de regione Colupne.

<sup>a)</sup> Depennato “Indictione X<sup>a</sup> mense martii die tertio” <sup>b)</sup> Depennato “fecer” <sup>c)</sup> P “obscolo” <sup>d)</sup> Depennato “et sibi” <sup>e)</sup> Così P <sup>f)</sup> P “exigentis” <sup>g)</sup> Depennato “de” <sup>h)</sup> Depennato con una raschiatura “Petri” <sup>i)</sup> Così P, ma poi sono annotati i testimoni.

12.

1387, febbraio 28

Indictione X<sup>a</sup>, mense february die ultimo.

Lellus Saxi de regione Arenule, qui primo iuravit etc. sponte confessus est se habere in depositum a Grabele Petri Gabrielis<sup>(a)</sup> de dicta regione, presente et deponente pro se et suis heredibus et successoribus, idest X libras provisinarum senatus quas confessus fuit recepisse et renumpsiavit exceptioni etc. quas promisit tenere omni ipsius Lelli rescu periculo et fortuna etc. quas promisit redere ad omnem requisitum et voluntatem dicti Grabielis, pro quibus obligavit etc. et renumpsiavit etc. et promisit etc.

Testes : Iacobellus Pauli Rose et Iohannes Palasci vaccinarus de regione Arenule.

<sup>ia)</sup> Depennato “scilicet” e annotata nell’interlinea superiore l’espressione seguente fino a “regione”.

13.

1387, marzo 9

f. 12v

Indictione X<sup>a</sup>, mense martii die VIII.

Ceccha uxor olim Cole calularii dicti alias Chierico olim de civita Castellane et nunc de regione<sup>(a)</sup> Montium que domina primo renumpsiavit quantum ad hec omni suo iure dotis et donationis et auxilio Velleiani etc. et bona sua principaliter obligavit penes Iohannem Petrutii olim de civitate Castellane, presentium et recipientium, que domina promisit dare in legitimam uxorem dicto Iohanni Iacobellam filiam suam et futuram uxorem dicti Iohannis et ipse Iohannes primo iuravit etc. promisit recipere cum dote et guarnimentum XX<sup>ii</sup> florenorum auri et pro dictis XX<sup>ii</sup> florenis dare sibi infrascriptas res, videlicet unum lectum cum linteaminis<sup>(b)</sup> et cum cultro et aliis necessariis quod ascendat ad quantitatem IIII<sup>or</sup> florenorum auri et unam rublam grani sementati apretiatam inter eos IIII<sup>or</sup> florenorum, residuum vero usque in XVI

f. 13r

recepit in pecunia numerata alios vero tres promisit dicta Ceccha sibi dare ad omnem petitionem et voluntatem dicti Iohannis, pro quibus etc. obligavit etc. renumpsiavit etc. et promisit etc.

Actum in regione Montium, presentibus hiis testibus, scilicet Colutia Stefani, Palutius Tutii Annesoli [et]\* Paulus Cole Stefani [omnes]\* de regione Montium.

<sup>a)</sup> Depennato P <sup>b)</sup> P “linteaminis”.

14.

1387, marzo 10

Die X<sup>o</sup> martii X<sup>a</sup> indictione.

Confirmatum fuit matrimonium per verba de presenti inter dictos Iohannem et Iacobellam incipiendo a dicto Iohanne «Iohannes vis in tuam legitimam uxorem Iacobellam filiam olim Cole calularii dicti alias Chierico» dixit «Volo» et versavice «Iacobella vis in tuum legitimum maritum Iohannem Petrutii» et illa dixit «Volo» «quod Deus congiunsit homo non separet» imponendo anulum autem in digito anulari dicte Iacobelle, presentibus hiis testibus, scilicet Iohanni Aniballi de regione Montium, Piçço olim de Civita et ser Nicolao de Calvi de regione Pinee<sup>(a)</sup>.

<sup>a)</sup> Corretto sul precedente vocabolo “Montium”.

15.

1387, marzo 26

f. 13v

Indictione X<sup>a</sup>, mense martii die XXVI<sup>o</sup>.

In presentia mei notarii<sup>(a)</sup>, Madalenus Cole Pillelle calsolarius de regione Pinee, qui primo iuravit etc. alte et basse de iure et de facto prout dictis arbitris melius visum fuerit et promiserunt quod omne arbitrium quod descenderet vigore possessionis compromissi ratum habere etc. et de eo non appellare etc. pro quibus etc. obligaverunt etc. et renumpsiaverunt etc.<sup>(b)</sup> ex una parte et Lellus Saxi de regione Arenule, qui simili modo iuravit etc., ex alia, sponte compromiserunt et compromissum fecerunt in discretos viros Iohannem de Palarci de regione Arenule et Colam Iohannis Passalacqua de regione Pinee tamquam in eorum arbitros et arbitratores et amicabile compositores et communes amicos electos et deputatos a dictis partibus de omni lite etc. quam habebunt ad invicem occasione quarumcumque iniuriarum ut dicitur illatarum per dictum Madalenum contra dictum Lellum et aliorum<sup>(c)</sup> verborum iniurosorum, ut dicitur, dictorum per dictas partes ad invicem et generaliter etc. dantes et concedentes dicte partes dictis<sup>(d)</sup> eorum arbitris plenam licentiam etc. posse arbitrare

f. 14r etc. alte et basse de iure et de facto prout dictis arbitris melius visum fuerit et promiserunt quod omne arbitrium quod descenderet vigore possessionis compromissi ratum habere etc. et de eo non appellare etc. pro quibus etc. obligaverunt etc. et renumpiaverunt etc.<sup>(e)</sup>

a) Omesso etc. b) Depennato “sponte compromisit” c) Corretto sul precedente “alios” d) Corretto sul precedente “dictas” e) Seguono due terzi di pagina bianca.

**16. 1387, aprile 9**

f. 14v Indictione X<sup>a</sup>, mense aprilis die VIII<sup>o</sup>.  
In presentia mei notarii etc. domina Gemma uxor olim Petrelli ortulani de regione Pinee, que domina primo renumpiavit etc. sponte<sup>(a)</sup> refutavit Anthonio Ceci de regione Montium, presenti et recipienti vice et nomine Laurentii Clare de regione Transtiberim omnia iura quem<sup>(b)</sup> habet et in futurum habere posset contra dictum Laurentium et eius bona occasione certe societatis orti facte cum dicto olim Petrello marito suo. Item occasione certi exbandimenti concessi dicte domine contra dictum Laurentium et eius bona per consules artis potatorum<sup>(c)</sup> ortulanorum de Urbe continentem quantitatem V<sup>c</sup> librarum provisinorum et ex pensione facta in dicto exbandimento, ut patet manu Cecchi dello Cieccho notario dictorum consulum et generaliter etc.

f. 15r Hanc autem refutationem et que dicta sunt fecit dicta domina dicto Anthonio, presenti et recipienti, ut supra, et michi notario stipulanti pro eo quod dicta domina presentialiter et manualiter recepit in pecunia numerata quantitatem contentam in dicto exbandimento et renumpiavit exceptioni non solutorum etc. pro quibus etc. et obligavit etc. et renumpiavit etc. simili modo refutavit Francisco Martini ortulano de regione Pinee promissionem dicti Rentii, pro quibus etc. et renumpiavit etc.  
Actum ante domum dicte domine. Testes: Cecchus Macthutti de Cosciaris spetiarius [et]\* Andreas Iuvenalis ortulanus [ambo]\* de regione Pinee.

a) Depennato “conf” b) Così P c) Depennato “et”.

**17. 1387, maggio 9**

f. 15v Indictione X<sup>a</sup>, mense maii die VIII<sup>o</sup><sup>(a)</sup>.  
In presentia mei notarii etc. Stefanellus Tenagrua de regione Ripe sponte fecit suum procuratorem Laurentium Clare de regione Transtiberim ad omnes suas causas etc. et specialiter contra Bartholomeum Petri Egidii de regione Transtiberim et ad petendum executionem diffide concessa contra eum et generaliter etc. promisit etc. removet etc. et cum potestate etc. pro quibus etc. obligavit etc. et renumpiavit etc.  
Actum in dicta regione Ripe, presentibus hiis testibus, scilicet<sup>(b)</sup> Cecchus Nequitus de regione Pinee, Iohannes Andreotii de regione Arenule.

a) Depennata una quinta b) Seguono le citazioni nel caso nominativo.

**18. 1387, maggio 26**

Indictione X<sup>a</sup>, mense maii die XXVI<sup>to</sup>  
In presentia mei notarii etc. Tutius Petriarianni tabernarius de regione Pinee sponte constituit suum procuratorem Paulum<sup>(a)</sup> de Serromanis de regione Pinee, presentem et acceptantem, ad omnes suas lites etc. et ad recipiendum XV florenos auri a Rentio Nutii Rentii et ipsis receptis inventarium<sup>(b)</sup> facere cum potestate etc. promisit etc. removet etc. pro quibus etc. et obligavit etc.  
Actum ante domum Laurentii de Sorromanis<sup>(c)</sup>, presentibus hiis testibus, scilicet dicto Laurentio et<sup>(d)</sup> presbitero Nicolao rectore ecclesie Sancti Stefani de Pinea de regione Pinee.

a) Depennato “presentem” b) P “inventatum” c) Depennato “de” d) Depennato “presentibus”.

**19. 1387, luglio 21**

Indictione X<sup>a</sup>, mense iulii die XXI<sup>o</sup>.  
In presentia mei notarii etc. Angelus Magalocti olim de Aquila et nunc de regione Montium sponte confessus est se<sup>(a)</sup> habere in depositum, nomine et ex causa depositi, a domina Angela uxore olim Cecchi Cole Gemme de regione Pinee, presente et deponente, scilicet XI libras provisinorum senatus et usualis monete quas promisit tenere omni ipsius Angeli rescu<sup>(b)</sup> periculo et fortuna, scilicet incendii naufragii furti rapine etc.<sup>(c)</sup> quas XI libras provisinorum dictus Angelus promisit reddere ad omnem petitionem et voluntatem dicte domine, de quibus post ipsam receptionem se bene quietum contentum

f. 16v et pacatum vocavit et renumpiavit exceptioni non solutorum non numeratorum etc. pro quibus etc. obligavit etc. et renumpiavit etc.  
Actum ante domum dicte domine Angele, presentibus hiis testibus, scilicet Sancto \*\*\*\* olim de Aquila, Lucha Cecchi Cafari de regione Pinee ad hec vocatis et specialiter rogatis.

<sup>a)</sup> Depennato “re” <sup>b)</sup> Depennato “pro q” <sup>c)</sup> Depennato “quam”.

## 20.

1387, agosto 19

f. 17r Indictione X<sup>a</sup>, mense agusti die XVIII<sup>o</sup>.  
In presentia mei notarii etc. nobiles viri Nardolus et Paparonus germani fratres filii quondam nobilis et sapientis viri domini Paparonis de Paparonibus de regione Pinee, qui ambo iuraverunt contra infrascripta omnia et singula non venire etc. sponte vendiderunt et venditionis titulo dederunt cesserunt et concesserunt domine Margarite uxori predicte de regione Sancti Eustachii, presenti ementi et recipienti pro se et suis heredibus et successoribus etc. scilicet unam domum ipsorum fratrum que fuit olim dicti domini Paparonis terrineam et solaratam cum camera infra se cum parte porticalis ante se et cum porticali discoperto cum puteo et cum modico horto ad modum viculi quem promisit apparari facere suis expensis cum omnibus suis usibus etc. positam in regione Sancti Eustachii inter hos fines  
f. 17v ab uno latere tenet domina Caterina uxor quondam Iohannis Paparonis, ponte ipsius domine Caterine mediante, a duobus lateribus est via publica ab aliis lateribus tenet dicti venditores vel si qui etc. et per Pasqualem Iohannis Gerardi de regione Parionis quem dicti venditores constituerunt unum procuratorem ad investiendum dictam empticem de domo predicta cum iuribus et pertinentiis suis investiri<sup>(a)</sup> voluerunt et mandaverunt et donec fuerit investitam etc. ad quam possessionem adimplendam dicti venditores dicte emptrici dederunt liberam facultatem etc. vendiderunt etiam omnia iura que competere possit eis in predictis nullo iure sibi in predictis reservato etc. Hanc autem venditionem dicti venditores  
f. 18r fecerunt dicte emptrici, presenti et recipienti ut supra et michi notario stipulanti pro eo pro pretio et nomine pretii L<sup>la</sup> florenorum auri de quibus presentialiter et manualiter receperunt XXX<sup>la</sup> florenos auri residuum vero confessi fuerunt se manualiter recepisse, de quibus etc. et renumpiaverunt etc. et si plus dicto pretio valeret inter vivos donavit ob honestum amorem quem habent in eam et promiserunt de evictione in forma et ad hec ad instantiam dictorum venditorum nobilis vir Nicolaus de Saragonibus<sup>(b)</sup> sponte fideiusserunt in casu evictionis predicte, pro quibus etc. et obligaverunt etc. et promiserunt etc.

<sup>d)</sup> Depennato un segno verticale della lettera “p” <sup>e)</sup> P “Sarraragonibus”.

## 21.

1387, agosto 19

Eodem die et coram infrascriptis testibus.  
In presentia mei notarii etc. domina Margarita uxor Prode de regione Sancti Eustachii et Pasquale Iohannis Gerardi de regione Parionis frater dicte domine Margarite, quilibet ipsorum in solidum, uno ipsorum  
f. 18v solvente ambo liberentur, sponte confessi fuerunt habere in depositum a Nardolo predicto tantum decem et octo florenos auri quos promiserunt tenere etc. omnem ipsum duerum (periculum?) et promisit restituere hinc ad medietatem mensis septembris proxime futuram, pro quibus etc. obligaverunt etc. et renumpiaverunt etc. Testes ad omnia supradicta: presbiter Anthonius rector ecclesie Sancti Sebastiani de Via Pape, Nellus Narili Formani de regione Sancti Eustachii et Paulus de Sorromanis de regione Pinee.

## 22.

1387, agosto 22

Indictione X<sup>a</sup>, die XXII<sup>o</sup> mense agusti.  
In presentia mei notarii etc. Cum domina Margarita uxor Prode de regione Sancti Eustachii emerit unam domum terrineam et solaratam que olim fuit domini Paparonis cum camera infra se cum parte porticalis ante se et cum porticali discoperto cum puteo et quodam lovium  
f. 19r discoperto positam in regione Sancti Eustachii ut suis finibus terminatur contentam in istrumento venditionis scripto manu mei notarii, que venditio facta fuit pro pretio et nomine pretii L<sup>la</sup> florenos auri quos solvit dicta domina pro<sup>(a)</sup> emptione domus predicte et sit notum quod dicti L<sup>la</sup> floreni auri fuerit dos et pars dotis dicte domine, ipse Prode vir suus non vi coactus nec dolo inductus confessus fuit dictos L<sup>la</sup> florenos fuisse et esse dos dicte domine Margarite uxori sue, pro quibus etc. et obligavit etc.

<sup>a)</sup> Depennato “ve”.

## 23.

1387, agosto 22

Eodem die et coram dictis testibus<sup>(a)</sup>.



Pasquale Iohannis Gerardi de regione Parionis procuratorem ad investiendum, ut patet manu mei notarii, sponte investivit dictam dominam Margaritam de domo predicta cum omnibus solepnitatibus de iure consuetis etc.

Testes: Petrus Paulus Pauli Manecti, Iohannes Paulutii Iohannis Pauli [et]\* Laurentius della Legie [omnes]\* de regione Sancti Eustachii testes.

b) Depennato "d".

## 24.

1387, agosto 31

- f. 19v Indictione X<sup>a</sup>, mense agusti die ultimo.  
Testes: Alexius Pauli Herrici de regione Trivii et Tutius de Porcariis de regione Pinee.  
In presentia mei notarii etc. Constitutus personaliter Paulus de Sorromanis notarius procuratorem et personam legitimam nobilium virorum Anthonelli, Angnielucii et Iohannis fratrum filiorum quondam Rentii de Bucchamatiis morantibus in castro Pontiscello<sup>(a)</sup> districtus Urbis, procuratorio nomine ipsorum et pro eis, ante hostium camere situm in domo Dominorum Banderensium et IIII<sup>or</sup> Antipositorum Felicis Societatis Pavesatorum et<sup>(b)</sup> Balistrariorum Urbis, posita in regione Campitelli infra suos confines cum copiam<sup>(c)</sup> ipsorum Dominorum Banderensium et IIII<sup>or</sup> habere non possit dixit exposuit et narravit et protestatus fuit quodam pretensum mandatarium utilem pactum ex parte ipsorum Dominorum Banderensium et IIII<sup>or</sup> ipsis Anthonello et fratribus quod ad penam et bandum mille florenorum auri pro quolibet ipsorum infra tres dies proxime futuras possit assignare ipsius mandatario comparenti legitime coram hiis Dominis Banderensibus et IIII<sup>or</sup> in domo ipsorum residentia de iure Oddertio de Buccamatiis de regione Sancti Eustachii occasione IIII<sup>te</sup> partis dicti castri Ponticellorum que fuit hereditatis Cole de Bucchamatiis consanguinei communis ipsorum fratrum et dicti Odducii ..... IIII<sup>ta</sup> per se dicti castri dominus Oddutius asserenti ad se spectare vigore successionis dicti quondam Cola et ad procedendum in dicta causa secundum quod ipsi domini declarabunt et ad compromictendum in eos vel alios prom.....<sup>(d)</sup> quod poterunt concordare de causa predicta sic vel alter plus vel uniti(?) prout in ipso pretenso mandato dicitur continere fuisse et esse ipso iure nullum et nullius valoris roboris efficiant vel mo..... ut potius factum contra Deum ius et iustitiam perpetuam et iniquam ex areusco (?) de facto potius quod de iure ..... ordine non reservato ipsisque Anthonello, Angnelatio et Iohanni non citatis ad ipsum mandatarium audiendum. Item pro eo de<sup>(e)</sup>
- f. 20r
- f. 20v iuribus dicti Odducii nichil constat nec constituit dominis Banderensibus supradictis. Item et pro eo quod dicti Anthonellus et fratres de dicta IIII<sup>ta</sup> parte dicti castri quod olim fuit dicti Nicolai de Bucchamatiis compromictere non teneatur nec cum aliquo de dicta IIII<sup>ta</sup> parte stare iuri et ex hiis et aliis iustis et rationabilibus causis suo loco et tempore allegandum et proponendum coram iudici competenti diem ipsum mandatum nullum et si quod est diem ipsum iniquum et ex causis et rationibus supradictis dicendum et allegandum ut supra scilicet si quod est dictum pretensum mandatum quod non credit sentiens dictus procurator, quo supra nomine, gravatum esse et in posterum gravati possent ex predictis idcircho ad futurum capitaneum Romani populi et iudicem competentem quem in predictis duxerit eligendum dictus procurator quos supra nomine in hiis scriptis provocat supplicat et appellat et apostolos cum instantia sibi, quo supra nomine dari petit iterum et iterum petat instanter et instantissimum sepius
- f. 21r et frenguntur (?) supponens se dictos procurator, quo supra nomine sub protestu et defensione dicti domini capitanei futuri et iudicis appellationis et cuiuslibet alterius iudicis competentis protestam dictus procurator quo supra nomine quod hiis supplicationibus provocationibus et appellationibus pendentibus nichil contra<sup>(f)</sup> ipsos quorum procurator est bona et iura ipsorum debeat innovari.  
Actum ante cameram domorum dictorum Dominorum Banderensium et IIII<sup>or</sup> presentibus supradictis testibus.

a) Depennato "pro" b) Depennato "per" c) Così P d) È cancellato! d) Ripetuto "de" e) Depennato "ipsum".

## 25.

1387, novembre 11

Indictione XI<sup>a</sup>, mense novembris die XI<sup>o</sup>.

In presentia mei notarii etc. domina Constantia<sup>(a)</sup> concubina olim domini Nicolai de Bucchamatiis et domina Lella eius filia et uxor Iohannis Meuli de Sabello de regione Sancti Eustachii sponte acceptaverunt omnia contenta in arbitrio lato per Lellum Statii et Anthonium Gratiani secundum formam consilii lati per ..... Butium Calisti legitime datum

- f. 21v et voluerunt quod dictum arbitrium valeat et perpetuo roboris firmitatis obtineat, pro quibus etc. et obligaverunt etc. et promiserunt etc.

Testes: Christofanus Mathuccelli, Laurentius Iohannis Renzoli [et]\* Iacobus Mando [omnes]\* de regione Sancti Eustachii.

a) Depennato "et domina Lella".

**26. 1387, novembre 11**

Eodem anno, mense, indictione, pontificatu et die coram dictis testibus.

In presentia mei notarii etc. Predictae domine constituerunt eorum procuratorem Amordilecto de regione Parionis, presentem et acceptantem ad investiendum Laurentium de Bucchamatiis de dicta regione de quodam lovio et quodam orto secundum quod continetur in dicto arbitrio cum potestate etc. et renumpiaverunt et promiserunt etc.

**27.**

**1387, novembre 11**

Eodem die.

Testes: Andreotius dictus Ganga et<sup>(a)</sup> Blaxius Alexii Iohannis Pauli.

Investitum fuit dictus Laurentius per dictum Amordelectum procuratorem predictum de dicto lovio et orto contentis in arbitrio.

<sup>a)</sup> I nomi che seguono, per assenza di spazio, sono annotati sul margine sinistro presso l'angolo inferiore del foglio.

**28.**

**1387, novembre 15**

f. 22r

Indictione XI<sup>a</sup>, mense novembris die XI<sup>o</sup>.

In presentia mei notarii etc. Lellus della Valle de regione Pinee sponte refutavit et per pactum de ulterius non petendo remisit Paulo Symeotii Amodey de regione Parionis, presenti et recipienti vice et nomine dicti Symeotii patris sui idest omnia iura etc. que habet contra ipsum vigore terminum contentiosi<sup>(a)</sup> vigore quantitatis L<sup>la</sup> florenorum recepti per dictum Symeotium coram dominis Banderensibus et IIII<sup>or</sup> Antepositis, presentibus in officio, scriptum manu Iacobi Cinchii notarii eorum et voluit dictus Lellus dictum terminum cancellari. Hanc autem refutationem fecit dictus Lellus dicto Paulo pro eo quod<sup>(b)</sup> est sibi integre satisfactum de contractu in dicto termino, pro quibus etc. et obligavit etc.

Testes: Cola magistri Tutii de regione Arenule, Andreas Nallutii de regione Ripe [et]\* Cecchus Benvenuti dictus Tatarello, testes.

<sup>a)</sup> L'espressione che segue fino a "florenorum" è stata annotata nell'interlinea superiore <sup>b)</sup> Depennato "dictus Lellus".

**29.**

**1387, novembre 17**

f. 22v

Indictione XI<sup>a</sup>, mense novembris die XVII<sup>o</sup>.

In presentia mei notarii etc. Tutius Tutii Cincii de Tybure sponte fecit suum procuratorem<sup>(a)</sup> Andreotium fratrem incolam de regione Colupne, presentem et acceptantem, ad omnes suas lites etc. cum potestate etc. promisit<sup>(b)</sup> etc. et removet etc. pro quibus etc. et renumpiavit etc.

Testes: Gulliglielmus<sup>(c)</sup> de Rubeis de regione Pinee, Lellus Luççoli de regione Sancti Angeli.

<sup>a)</sup> Il nome che segue nel protocollo è coniugato al nominativo e al genitivo "fratris" <sup>b)</sup> Depennato "promiserunt" <sup>c)</sup> Così P, ma intendasi "Gullielmus".

**30.**

**1387, novembre 21**

f. 23r

Indictione XI<sup>a</sup>, mense novembris die XXI<sup>o</sup>.

In presentia mei notarii etc.

Domina Theodora filia olim Sancti Calisti de regione Arenule, que domina renumpiavit etc. sponte promisit perpetuo non molestare Saxium<sup>(a)</sup> bancarium de regione Pinee, presentem et recipientem etc. occasione unius fideiussionis facte per dictum Staxium<sup>(b)</sup> penes dictam dominam pro Ceccha casenga de dicta regione Pinee, una cum Christofano mandatario et Paulo Maroççini de regione Pinee de qua fideiussione patet manu Petrutii Vennesini, publici notarii reservato inter aliis fideiussoribus et promisit quod dicta iura ..... sunt concessa, pro quibus etc. et obligavit etc. et renumpiavit etc.

Testes: Colutia de Astallis notarius [et]\* Iohannes Agustinus filius Iacobi Pallonis [ambo]\* de regione Arenule.

<sup>a)</sup> Depennato "ma" legato al vocabolo seguente <sup>b)</sup> Così P

**31.**

**1387, dicembre 8**

f. 23v

Indictione XI<sup>a</sup>, mense novembris die VIII<sup>o</sup>.

In presentia mei notarii etc. Petrus Gaççassari de regione Pinee sua bona voluntate dat cedit et concessit ad locationem et sub titulo locationis ad pomedium<sup>(a)</sup> Iohanni Petringniani et Nutio Iutii dicto çuccharo,

- presentibus, de regione Pinee et cuilibet ipsorum pro rata, videlicet VIII<sup>o</sup> petias vinee vineatarum cum vitis et arboribus in ea existentibus, posite extra portam Apiam infra hos fines, ab uno latere tenet dictus Petrus, ab alio tenet dominus Franciscus Guarselloni, ab alio tenet viculus oratorius, ante est via publica vel si qui etc. cum hiis pactis et tenoribus, videlicet quod promiserunt dicti Iohannes et çuccharo et quilibet ipsorum dictam vineam dividere inter eos et quod quilibet ipsorum habeat IIII<sup>or</sup> petias et promiserunt<sup>(b)</sup> quilibet ipsorum dictam vineam bene laborare quilibet ipsorum<sup>(c)</sup> pro rata parte et promiserunt dare dicte vinee
- f. 24r IIII<sup>or</sup> ligoniçaturas bonas ad bonum modum pro parte sua quilibet separatim et dictus Petrus promisit dicto Iohanni et çuccharo, presentibus et recipientibus etc. michi notario etc. dare<sup>(d)</sup> et assignare in dicta vinea dictis prenominatis palos sufficientes ad dictam vineam, sumptibus et expensis dicti Petri et viscum pro inniscanda dicta<sup>(e)</sup> vinea secundum quod est oportunum et promisit dictus Petrus dictis prenominatis nunc in principio comprestare cuiuslibet ipsorum sex florenos auri, quos promiserunt dicti prenominati et quilibet ipsorum dicto Petro, presenti ut supra, restituere tempore vendemiarum fiendarum in vello vasie (?) dictos sex florenos vel tantam quantitatem musti quod ascenditur ad dictam quantitatem omnes alias expensas intigentes ad dictam vineam promiserunt dicti prenominati quilibet ipsorum pro rato<sup>(f)</sup> facere eorum et cuiuslibet ipsorum sumptibus et expensis et eam bene laborare ad
- f. 24v modum bone agricole sub pena centum librarum stipulata pro medietate camere Urbis et pro alia medietate parti videlicet Petro et tempore vendemiarum fiendarum promiserunt dividere vinum exeundum de dicta vinea pro medietate et quilibet habeat partem suam exerceo comuniter prius iura domini proprietatis, pro quibus etc. et obligavit etc. et renumpsiavit etc.
- Actum ante domum dicti Petri, presentibus hiis testibus, scilicet Marco Iotii Pillelle de regione Pinee, Angnielutio dicto Cerratano et Paulo Petrutii<sup>(g)</sup> domini Iacobi de regione Colupne ad hec vocatis et rogatis etc. et ego etc.
- a) P “appomedium” b) Depennato “quod” c) P “psorum” d) Segno di abbreviazione superfluo e) P “dictam” f) Depennata la s finale di “ratos” g) Depennato “Iohanni Marii” e sostituito con l’avo che segue annotato sul margine sinistro del foglio.

32.

1387, dicembre 8

- f. 25r Eodem die, anno, mense, indictione et pontificatu.  
In presentia mei notarii etc. Iohannes Petrigniani de regione Pinee sponte recepit in depositum et confessus fuit tenere in depositum nomine et ex causa depositi a Petro Gaçassari de dicta regione, presente et deponente ac legitime stipulante pro se suisque heredibus et successoribus vel cui etc. tres florenos auri ad rationem XLVII solidorum pro quolibet floreno<sup>(a)</sup>, de quibus post ipsam receptionem etc. et renumpsiavit etc. quos promisit tenere et salvos facere omni ipsius Iohannis resicu etc. quos promisit redere eidem Petro, presenti et recipienti ut supra, hinc ad festum Sancti Angeli de mense septembris proxime futuro in vendemiis, pro quibus etc. et obligavit etc. et renumpsiavit etc.<sup>(b)</sup>
- Actum ante domum dicti Petri, presentibus hiis testibus, scilicet Paulo Petri domini Iacobi et Marco Iotii Pillelle.
- a) Depennato “quas” b) Depennato “Actum”.

33.

1387, dicembre 7

- f. 25v<sup>(a)</sup> Indictione XI<sup>a</sup>, mense decembris die VII<sup>o</sup>.  
In presentia mei notarii etc.  
– Angnilus tralgionarius de regione Transtiberim  
– Martinus Vinoli  
– Anthonius Angeli trulgionarii et  
– Dominicus [omnes]\* de regione Pinee  
ipsi et quilibet ipsorum in solidum sponte<sup>(b)</sup> constituerunt eorum et cuiuslibet ipsorum procuratores, actores, factores et negotiorum gestores Paulum de Sorromanis et Paulum Maroçini notarios de regione Pinee, absentes tamquam presentes etc. ad omnes ipsorum et cuiuslibet ipsorum causas etc. et generaliter etc. cum potestate etc. promiserunt etc. et renumpsiaverunt etc. pro quibus et obligaverunt etc. et renumpsiaverunt etc.
- Actum ante domum dicti Martini, presentibus Anthonio Butii Iubilly, Francisco Martini ortolano et Georgio Iohannis Berardi de regione Pinee.
- a) Sul margine sinistro del foglio è annotato per due volte con formula abbreviata il simbolo di “completum” b) Depennato “confessi”.

34.

1387

- f. 26r Singnum mey Lelli de Sorromanis notarii ut supra.

(S)<sup>(a)</sup>

<sup>a)</sup> Seguono in bianco i ff. 26v, 27r e v, 28r e v, 29r e v, 30r e v. Nell'ultimo foglio è stato annotato in epoca recente a matita da un archivista un riferimento al notaio, all'anno corrispondente, alla collocazione, ma si attribuiva al protocollo l'indicazione del vol. 2 anziché l'attuale vol. 1.



1.

1388

f. 1r<sup>(a)</sup> In nomine Domini amen. Hic est liber sive quaternus mey Lelli Pauli de Sorromanis notarii, de regione Pinee continens in se omnes contractus prime fos[\*\*\*\*] infrascripti anni factum exitum et compositum sub anno Domini millesimo III<sup>c</sup>LXXXVIII pontificatus domini Urbani pape VI<sup>ti</sup> indictione, mense et diebus infrascriptis.

Scriptum per me Lellum supradictum sub anno predicto, mense, indictione et die infrascriptis et singnum apposui consuetum.

(S)<sup>(b)</sup>

<sup>a)</sup> Sul margine superiore del foglio è annotato “\* Adsit principio sancta Maria meo” <sup>b)</sup> Segue il f. 1v bianco.

2.

1388, gennaio 1

f. 2r In nomine Domini amen. Anno Domini millesimo III<sup>c</sup>LXXXVIII<sup>o</sup> pontificatus domini Urbani pape VI<sup>ti</sup> indictione XI<sup>a</sup>, mense ianuarii die primo.

In presentia mei notarii et testium subscriptorum etc. Iohannes Cambii mandatarius de regione Pinee, ex una parte, et Menicus Marci Tomaxoli de dicta regione, ex alia, sponte ipsi et quilibet ipsorum compromiserunt et compromissum fecerunt in discretos viros Rentium Palecti Iohannis Pauli et Andreotium Palutii Iohannis Pauli de regione Colupne, absentes tamquam presentes etc. tamquam in eorum arbitros etc. videlicet<sup>(a)</sup> de omni questione que esset

f. 2v inter ipsas partes pretestu et occasione restitutionis dotis dotem per dictum Iohannem dicto Menico et per dictum Menicum [ob]ligatam et curatam in quadam domo posita in regione Pinee, infra suos confines et generaliter de omni eo quod petere posset adire (?) simul dicta occasione modo in casu dicte restitutionis devenerunt ad infrascripta pacta pro eo quod dictus Iohannes dicebat dictam domum non valere quantum dotis, videlicet C libras et dictus Dominicus quod volebat ultra, videlicet quod dicti arbitri sint simul ad videndum dictam domum obligatam ut supra, ut patet manu Sabbe Nicolai Iohannis Stephani publici notarii pro dicta quantitate et voluerunt sub

f. 3r declaratione fienda per dictos arbitros et si dicta domus per dictos arbitros amptiaretur ultra dictam quantitatem dictarum centum librarum<sup>(b)</sup> voluit et promisit dictus Iohannes totum illud dare et solvere dicto Dominico in pecunia numerata etc. et si minus dictam quantitatem<sup>(c)</sup> amptiaretur dictam domum voluit et promisit dictus Dominicus reficere et solvere tantum quantitatem pecunie supra amptionentum fiendum per dictos arbitros quod ascendat ad dictam quantitatem, pro qua obligata est, dederunt terminum dicte partes dictis arbitris et voluerunt hoc compromissum valere per totum presentem mensem, pro quibus etc. et obligaverunt et promiserunt etc.

Actum ante domum meam, presentibus Sabba de Seromanis et Sancto Veri de regione Pinee.

<sup>a)</sup> Depennato “quod d” <sup>b)</sup> Depennato “quod” <sup>c)</sup> Depennato “valere”.

3.

1388, gennaio 5

f. 3v Eodem anno, indictione XI<sup>a</sup>, mense ianuarii die V<sup>to</sup>.

In presentia mei notarii etc.

Paulus de Sorromanis pro XII rublis

Benedictus Iannotii Ianarolus pro XVI rublis cum Petrutio Teuli Velletre pro se et Iacobello fratre suo et anguie (?) Lello Sancto

Laurentius de Sorromanis pro VIII rublis vel idcircha.

Alterius Corradutii pro VI rublis vel idcircha cum Iacobo filio olim Iuliani Rogerii pro se et Iohanne fratre suo, qui Petrutius et Iacobus obligaverunt bona eorum, pro quibus supra nominibus promiserunt solvere dictis prenomatis tempore recollectionis fiende<sup>(a)</sup> pro quolibet rublo maiensis unum florenum auri

f. 4r cum dimidio cuilibet ipsorum vel tantum de blado recolligendum de dicta maiense quod abiendum ad dictam quantitatem unius floreni cum dimidio pro quolibet rublo maiensis pro quibus etc. et obligavit etc. renuntiavit etc.

Actum in ecclesia Sancti Marci de regione Pinee, presentibus hiis testibus<sup>(b)</sup>, Andreotius de Montanariis, Petrus Iohannis Pictoris [et]\* Pollastro [omnes de regione]\* Sancti Heustachii.

<sup>a)</sup> Depennato “teno” <sup>b)</sup> nomi dei testimoni, annotati prima dell’“Actum”, sono indicati al nominativo.

**4.****1388, gennaio 5**

- f. 4v Eodem anno, indictione XI<sup>a</sup>, mense ianuarii die V<sup>to</sup>.  
In presentia mei notarii etc.  
Benedictus Iannotii Ianarolus de regione Sancti Heustachii sponte dedit et concessit in soccitam Anthonio Iacobi dicto alias Pollastro de regione Sancti Heustachii et Anthonio Nalli olim de Sutrio et nunc de regione Pontis et cuilibet ipsorum coniuntim et non divisim octo boves domitos ipsius Benedicti pro duobus annis proxime futuros die presente computandis ad omnem<sup>(a)</sup> usum et consuetudinem bone soccite ad laborandum in isto anno possessionem in tenimento casalis Sancti Honesti et successive prout potuerint convenire quibus duobus annis integre revolutis dictam
- f. 5r soccitam dividere promiserunt prout moris est et omnia habere intellegantur ad usum bone soccite, pro quibus etc. obligavit etc. et promiserunt etc. et renumpiaverunt etc.  
Actum ante domum Nicolai Truccholi in regione Pinee, presentibus hiis testibus, scilicet Cola Truccholi calsectarius, Palutio Petri Guictonis [et]\* Sabba Paulo Bartholomei pictori [omnes]\* de regione Pinee.

<sup>a)</sup> Depennato “s”.

**5.****1388, gennaio 6**

- f. 5v Indictione XI<sup>a</sup>, mense ianuarii die VI<sup>to</sup> dicti anni.  
In presentia mei notarii etc.  
Anthonius Cole Iurielli dictus alias Rubino de regione Pinee, cum consensu et voluntate Angnielelli Iohannis Pauli carpentarii de dicta regione, habens speciale mandatum ad vendendum cum Iacobo Bartholomey olim de Piperno et nunc de dicta regione, ut patet manu publici notarii, presente et consensiente et suum consensum prestante sua bona propria et spontanea voluntate vendidit et venditionis titulo dedit cessit et concessit Angnielello Petri Pauli Rosolini de regione predicta, presenti et recipienti etc. idest unam vineam ipsius Anthonii, positam in regione Montium in loco qui dicitur Monte Superagio prope Sanctum Anthonium
- f. 6r frater dicti Manti, ab alio tenet Cola Romanelli de dicta regione cum omnibus suis usibus utilitatibus pertinentiis et adiacentiis et dependentibus ab eisdem et cum parte vascie vascalis et turi et cum uno canneto integraliter suo et cum tertia parte alterius canneti, posita<sup>(a)</sup> sunt dicta canneta in proprietate ecclesie Sancte Marie Maioris ad quartam reddendam domino proprietatis terre dicte vinee et constituit dictus venditor suum procuratorem ad investiendum dictum emptorem de dicta vinea et pertinentiis suis<sup>(b)</sup> Sabbam Paulum Bartholomey pictorem de dicta regione per quem voluit dictus venditor investiri dictum emptorem. Hanc autem venditionem fecit dictus venditor dicto emptori, presenti et recipienti ut supra, pro pretio et nomine pretii
- f. 6v XL<sup>ta</sup> florenis auri, de quibus XL<sup>ta</sup> florenis nunc presentialiter et manualiter recepit et habuit XXII et confessus fuit se recepisse, de quibus etc. et renumpiavit etc. residuum vero usque ad dictam quantitatem confessus fuit se recepisse et habuisse, de quibus etc. et renumpiavit etc. pro quibus omnibus et singulis observandis<sup>(c)</sup> obligavit dictus venditor et dictus Angnielellus omnia bona eorum et dicti Petrutii<sup>(d)</sup> mobilia et immobilia presentia et futura et renumpiavit etc. et promiserunt quod dicta vinea est sua et nemini est obligata etc. pro quibus etc. et renumpiavit etc.  
Actum ante domum dicti Angnielelli emptoris, presentibus hiis testibus, Sabba Paulo Bartholomey pictore, Iohanne Cecchi Scorsolini, Anthonio Nutii olim de Sutrio de regione Pontis et supradictis<sup>(e)</sup> de regione Pinee.

<sup>a)</sup> L'espressione che segue fino ad “etc.” è stata annotata sul margine destro del foglio senza un preciso richiamo nel testo

<sup>b)</sup> Depennata un'asta verticale di “p”. <sup>c)</sup> P “observandis” <sup>d)</sup> Depennato “b” <sup>e)</sup> P “supradicti”.

**6.****1387, febbraio 28**

- f. 7r Eodem anno, mense, indictione, pontificatu et die et coram dictis testibus.  
In presentia mei notarii etc.  
Angnielellus Petri Pauli Rostolini de regione Pinee, qui primo iuravit etc. sponte confessus fuit se recepisse et habuisse et penes se habere et tenere in depositum nomine et ex causa depositi ab Anthonio Cole Intrelli de dicta regione Pinee, decem et octo florenos boni et puri auri et recti<sup>(a)</sup> quos confessus fuit se recepisse, de quibus etc. et renumpiavit etc. quos promisit salvos facere omni ipsius rescu periculo et fortuna scilicet incendii etc. quos promisit restituere ad omnem petitionem et voluntatem dicti Anthonii, pro quibus etc. et renumpiavit etc.

<sup>a)</sup> Omesso “ponderis”.

f. 7v Indictione XI<sup>a</sup>, mense ianuarii die X<sup>o</sup> dicti anni.

In presentia mei notarii etc.

Cum Rentius Iohannis Pauli et Andreotius Palutii Iohannis Pauli fuerint electi per Iohannem mandatarium, ex una parte, et Dominicum Matei Tomaxoli de regione Pinee, ex alia, ad apretandum unam domum ipsius Dominici, positam in regione Pinee ut suis finibus terminatur, obligavit per dictum Dominicum dicto Iohanni pro dote et guarnimentis filie dicti Iohannis, videlicet centum libras provisinorum senatus, ut patet manu Sabbe Nicolai Iohannis Stephani publici notarii, arbitraverunt et declaraverunt dictam domum valere

f. 8r excomorandam dictam domum dicto Dominico hinc ad unum mensem proxime futurum et quod dictus Iohannes teneatur solvere totum illud residuum quod tenetur solvere ultra dictus centum libras provisinorum usque ad dictam quantitatem XLIII<sup>or</sup> florenorum auri et hoc fecerunt et declaraverunt omnimodo via iure et forma quibus melius potuerunt et debuerunt.

Actum ante domum Anthonii Iohannecti, presentibus hiis testibus, scilicet Butio de Capoccinis et Anthonio Iohannecti.

f. 8v Indictione XI<sup>a</sup>, mense ianuarii die ultimo.

Cola<sup>(a)</sup> Filippini de regione Parionis, ex una parte, et Cola Petronis Torneselli dictus alias Cappone de castro Montis Gentilis, ex alia, sponte compromiserunt et compromissum fecerunt in nobiles viros Butium de Capoccinis, presentem et acceptantem, et dominum Anthonium de Mutis, absentem tamquam presentem, tamquam in eorum arbitros et arbitratores etc. de omni lite et questione que est vel esse posset inter dictas partes pretestu et occasione

f. 9r cuiusdam instrumenti depositi continentis quantitatem LXXX<sup>ta</sup> florenorum auri scripti manu Petrutii Iohannis Pauli, publici notarii. Item et occasione diffide execute vigore dicti depositi concessi contra dictum Capponem et Petrum Rubeum de regione Colupne fideiussorem eius. Item et occasione mandati facti communi de constringniendo dictum Capponem. Item et occasione diffide execute vigore dicti mandati concessi contra dictum commune. Item et occasione expensarum factarum in dictis diffidis et generaliter de omni eo quod petere possent dicte partes ad invicem

f. 9v usque in presentem diem dantes et concedentes dicte partes dictis eorum arbitris plenam licentiam et liberam facultatem posse arbitrare inter dictas partes alte et basse de iure et de facto omni iure, solempnitate obmissa sine strepitu et figura iudicii prout dictis arbitris melius visum fuerit et promiserunt dicte partes arbitramentum<sup>(b)</sup> unum vel plura que descenderent ex ipso compromisso per dictos arbitros rata grata et firma habere etc. ad penam centum florenorum auri stipulatam pro medietate camere Urbis et pro alia medietate parti fidem servanti, valiturum

f. 10r die et cras per totum diem, pro quibus etc. obligaverunt etc. et renumpiaverunt etc.  
Testes: Paulus de Sorromanis [et]\* Sabbas de Sorromanis [ambo]\* de regione Pinee.

<sup>a)</sup> Omesso il formulario introduttivo <sup>b)</sup> Corretto sul precedente "arbitro".

Eodem anno, indictione, pontificatu et die et coram Paulo de Sorromanis et domino Laurentio de Sorromanis testibus ad hec vocatis et rogatis.

Prefati Butius et dominus Anthonius arbitri predicti, Christi nomine invocato pro tribunali sedentes in lovio Frangiapanense ipsius Butii, posito in regione Pinee infra suos confines, viam arbitratoriam eligentes arbitraverunt et mandaverunt

f. 10v quod dictus Cola Petroni dictus Cappone det et solvat cum effectu dicto Cole Lelli Filippini XII florenos auri ad rationem XLVII solidos pro quolibet floreno hinc ad festum Pascie Resurrectionis Domini nostri Ihesu Christi proxime futurum et quod dictus Cola Lelli Filippini teneatur facere generalem refutationem et quietationem dicto Cole dicto alias Cappone et communi dicti castris Montis Gentilis de omni eo quod petere posset communi dicti castris vigore diffide de contento (?) mandati facte de dicto communi et heredibus Petri Rubey de regione Colupne fideiussoris dicti Capponis et de omnibus expensis per dictum Colam Lelli

f. 11r in litigio predicto factis cum omnibus promiserunt curis et cautelis de iure sufficientibus et cum oportunis suis sumptibus et expensis ad sensum dicti Cole Petroni et heredum dicti Petri fideiussorem eius et dicti communi et hoc arbitraverunt omnibus modo via iure et forma quibus melius potuerunt et debuerunt pro concordia dictarum partium.

- f. 11v Indictione XI<sup>a</sup>, mense martii die XXVIII<sup>or</sup>.  
In presentia mei notarii etc. Hec sunt fidantie parentele et pacta sponsalia habita et in Dey nomine firmata inter Colam Stefanum filium quondam Nutii Vannis de regione Colupne, ex una parte, et Christofanum Bartholomey pictoris de regione Pinee cum consensu et voluntate dicti Bartholomey eius patris, presentis consensientis et auctorisantis, ex parte altera, videlicet quod dictus Cola Stefanus, qui iuravit etc. promisit et sollempne stipulatione interveniente convenit dicto Christofano, presenti et recipienti ac stipulanti
- f. 12r dare tradere et assignare ipsi Christofano in suam legitimam uxorem Vannotiam sororem suam carnalem filiam olim Nutii Nutii Vannis de regione Colupne cum dote et guarnimenti centum XX<sup>ti</sup> V<sup>(a)</sup> librarum provisinorum senatus et aliis rebus iocalibus inter eos promissis et conventis et se facturum et curaturum ita et taliter cum effectu quod ipsa Vannotia recepit ipsum Christofanum in suum legitimum maritum cum dote et guarnimentis et aliis iocalibus<sup>(b)</sup> supradictis et versavice dictus Christofanus qui iuravit etc. sponte promisit et per sollepnem et legitimam stipulationem interveniente convenit dicto Cole
- f. 12v Stefano, presenti et legitime stipulanti pro dicta Vannotia sorore sua et filie olim dicti Nutii et michi notario ut publice persone stipulanti et recipienti pro ea ipsam Vannotiam recipere in suam legitimam uxorem cum dote et guarnimentis predictis<sup>(c)</sup> et aliis iocalibus inter eos conventis et promisit quam quidem parentelam<sup>(d)</sup> dicte partes complere ducere ad effectum hinc ad duos menses proxime futuros plus vel minus ad voluntatem ipsarum promiserunt et eam partium sub obligatione bonorum ipsarum partium mobilium et immobilium<sup>(e)</sup> presentium et futurorum et sub pena et ad penam V<sup>c</sup> librarum provisinorum senatus applicanda pro medietate camere Urbis
- f. 13r et pro alia medietate parti predicta servanti, renumpsiaverunt predictae partes statuto Urbis loquenti de penis conventionalibus non exigendis et ad maiorem cautelam omnium premissorum dicte partes<sup>(f)</sup> dederunt sese invicem ad alterutrum osculum vere pacis pro quibus omnibus et singulis observandis dicte partes et nominibus quibus supra obligaverunt ad alterutrum omnia ipsorum bona mobilia et immobilia presentia et futura, et voluerunt pro predictis posse cogi omni tempore etiam feriis et diebus feriatis et non feriatis etc. et<sup>(g)</sup> renumpsiaverunt etc.

a) Depennato "p" b) Depennato "inter eo" c) Depennato "et" d) Depennato "eam" e) P "imobilium" f) P "parte" g) Depennato "pro".

- f. 13v<sup>(a)</sup> Eodem anno, mense, indictione, pontificatu et die et coram infrascriptis testibus.  
In presentia mei notarii etc. Christofanus filius Bartholomey pictoris de regione Pinee, qui<sup>(b)</sup> iuravit ad sancta Dey evangelia corporaliter manu tactis sacrosantis scripturis contra infrascripta omnia et singula non venire ratione sue minoris etatis XXV seu XXV<sup>ti</sup> annorum nec qualibet alia ratione modo iure titulo sive causa nec beneficium restitutionis in integrum<sup>(c)</sup>, adversus infrascriptorum aliquo tempore petere de effectu iuramenti et beneficio dicte restitutionis, per me notarium, primo certioratum quid sit et quid dicat et quod importet et quod effectum habeat ac die presente sua bona propria et spontanea
- f. 14r voluntate et cum consensu dicti Bartholomei patris sui, presentis etc. obligavit et in pingnius et loco pingnioris dotalis posuit domine Caterine uxori olim dicti olim Nutii matri infrascripte Vannotie filie sue et dicti olim Nutii olim mariti sui, sponse et future uxoris dicti Christofani et michi notario ut publice persone, presenti et recipienti et legitime stipulanti vice et nomine dicte Vannotie ipsiusque heredum et successorum et omnium quorum interest vel intererit in futurum idest omnia et singula bona ipsius Christofani mobilia et immobilia presentia et futura iura et actiones reales etc. que et quas nunc habet et in futurum acquisiturus est
- f. 14v dum hoc pingnius et obligatio dotalis durabit ac matrimonium inter eos. Hoc autem pingnus et obligatio et que dicta sunt et infra dicentur dictus Christofanus fecit dicte domine Catherine presenti et recipienti ac legitime stipulanti ut supra et michi notario ut publice persone, presenti et stipulanti ut supra pro dote et nomine dotis ipsius Vannotie centum XXV libras provisinorum senatus pro quibus centum libris provisini senatus et dote predicta dicta domina Catherina dedit et concessit dicto Christofano, presenti et stipulanti etc. ac volenti et acceptanti<sup>(d)</sup> que domina primo renumpsiavit quantitatem ad predicta et infrascripta omni suo iure
- f. 15r dotis donationis propter nuptias et omni alio iure quod in dicta domo petere posset et auxilio Velleiani senatus consultum quod est pro mulieribus introductum, primo de dicto auxilio per me notarium certiorata quod sit quod dicat et quod importat in pingnius et loco pingnoris dictarum centum XXV librarum provisinorum senatus unam domum terrineam et solaratam ipsius domine Catherine que olim fuit dicti olim Nutii viri sui olim cum porticali ante se cum omnibus suis usibus utilitatibus pertinentiis et adiacentiis universis, positam in regione Colupne inter hos fines cui ab uno latere tenet Petrus dello Chiaro, ab alio tenet Nutius de Ylperinis, ante est
- f. 15v via publica, retro est ecclesia Sancte Marie Rotunde vel si qui etc. tenendam per ipsum Christofanum loco pingnioris dotalis donec fuerit ipsi Christofano per ipsam dominam Catherinam sive per alium eius nomine de dicta dote et guarnimentis predictis, videlicet centum XXV libris integre satisfactum sub hiis pactis et tenoribus infrascriptis quod si contingat dictam Vannotiam premori dicto Christofano, futuro viro suo, sine



- legitimis filiis ex eorum communibus et eorum matrimonio legitime procreatis, tunc in eo casu ipsam dotem, videlicet dictas centum XXV libras dictus Christofanus dicte domine Catherine si tunc vixerit<sup>(e)</sup> vel alii cui ipsa domina commiserit et si non commiserit cui lex dederit statim elapso dimidio anno a die hobitus ipsius Vannotie computando
- f. 16r in pecunia numerata reddere et restituere promisit si tunc domus ipsa penes eum non reperiretur si vero domus ipsa tunc temporis penes eum reperiretur ipsam domum reddere et resignare promisit ipse domine Catherine, presenti et recipienti pro dicta Vannotia filia sua etc. et domus ipsa ad ipsam dominam Catherinam, recipientem ut supra, statim post mortem ipsius Vannotie libere revertatur et in casu predicto liceat<sup>(f)</sup> ipsi domine Catherine, presenti et recipienti ut supra, et heredibus et successoribus suis recipientibus pro dicta domina Catherina statim post mortem dicte Vannotie propria auctoritate integre tenere et possidere etc. et de ea facere quicquid sibi suisque heredibus et successoribus ut supra perpetuo placuerit<sup>(g)</sup>; si vero contingat
- f. 16v dictam Vannotiam premori dicto Christofano futuro viro suo cum filiis in dicto casu dictus Christofanus dotem predictam lucretur ad usumfructum toto tempore vite sue post eius vero mortem<sup>(h)</sup> dos ipsa et eius proprietates ad ipsos communes filios libere revertatur; si vero contingierit ipsum Christofanum premori dicte Vannotie, future uxori sue tam cum filiis quam sine filiis ex eis legitime natis, tunc in dicto casu sit domus ipsa et eius heredibus (?) remaneret ad ipsam Vannotiam futuram uxorem suam libere revertantur alias per heredes et successores suos ipsam dotem et guarnimenta, videlicet centum XXV libras provisinorum senatus, statim elapso dimidio anno a die hobitus ipsius Christofani computando per heredes et successores suos restitui voluit et mandavit et
- f. 17r dictus Christofanus donavit propter nuptias ipsi domine Catherine, presenti et recipienti pro dicta Vannotia ut supra et michi notario stipulanti pro ea XLI libras provisinorum senatus cum dimidio sub pactis et tenoribus in Urbe consuetis, videlicet quod si contingat ipsum Christofanum premori dicte Vannotie future uxori sue cum filiis ex eorum<sup>(i)</sup> matrimonio legitime<sup>(j)</sup> natis tunc et in dicto casu dicta Vannotia ipsam donationem habet ad usumfructum toto tempore vite sue post ipsius Vannotie mortem donatio ipsa et eius proprietates ad dictos communes filios libere revertatur si vero sine filiis tunc in dicto casu dicta Vannotia ipsam donationem habeat ad proprietatem ad faciendum de ea quicquid sibi suis heredibus et successoribus perpetuo placuerit promisit insuper dicta domina Catherina
- f. 17v dicto Christofano, presenti et stipulanti ut supra, quod dicta domus superius obligata est ipsius domine Catherine et ad eam spectat et pertinet pleno iure et quod nemini est vendita etc. et si contrarium aliquo tempore appareret voluit dicta domina Catherina dicto Christofano, presenti etc. teneri de evictione de aliis bonis suis cum dampnis et expensis prout evictio sonat in iure promisit etiam dictus Christofanus dicte domine Catherine, presenti et stipulanti ut supra, et michi notario, recipienti et stipulanti ut supra, tempore solutionis dicte dotis ipsam dotem, videlicet ipsas centum XXV libras provisinorum senatus expendere et investire in aliqua re stabili cum consensu et voluntate dicte Vannotie<sup>(k)</sup> future sue uxoris et dicte domine Catherine si tunc vixerit in antea et super qua fiat et fieri debeat
- f. 18r ac dictus Christofanus facere teneatur curam et cautelam dotalem in re ipsa ipsius Vannotie ad sensum sapientis ipsius Vannotie et ad hec ad petitionem et instantiam dicte domine Catherine penes dictum Christofanum, presentem et stipulantem ut supra,  
Nardus Iohannis Carbonis notarius de regione Colupne  
Paulus dictus Lucchu de regione Pinee sponte quilibet ipsorum in solidum fideiusserunt in casu evictionis<sup>(l)</sup> domus predictae et in dicto casu voluerunt teneri in omnibus et per omnia in quibus et ad que dicta domina Catherina tenetur et obligata est in casu evictionis predictae et si, ut dictum est, hec omnia adimpleta fuerint tunc hec carta sit vacua inefficax et nullius valoris alias liceat ipsi Vannotie et dicte domine Catherine suisque heredibus et successoribus omnia bona
- f. 18v mobilia et immobilia presentia et futura que nunc dictus Christofanus habet et in futurum acquisiverit, ipso matrimonio durante, liberas capere intrare tenere et possidere et penes eas retinere ut de eis facere quicquid eis perpetuo placuerit donec de dicta dote et guarnimentis fuerit eidem integre satisfactum pro quibus omnibus et singulis observandis etc. obligaverunt dicte partes et dicti fideiussores in casu in quo teneatur omnia ipsorum bona mobilia et immobilia presentia et futura et voluerunt pro predictis posse cogi compelli et conveniri omni tempore et in omni curia et coram quocumque iudice etc. et renuntiaverunt etc. et promiserunt etc.  
Actum in ecclesia Sancte Marie in Minerva in regione Pinee, presentibus hiis testibus, scilicet Butio de Capoccinis, Laurentio Cecchi Vannutii, Francisco Cole Truccholi [et]\* Paulo Martini ferrario [omnes]\* de regione Pinee.

a) Sul margine sinistro del foglio è annotato un “paragraphus” per evidenziare l’inizio dell’atto b) Depennato “sin” c) Depennato “aliqu” d) Depennato “in” e) Depennato “et” f) Ripetuto “liceat” g) P “placuerit” h) Depennato “cons” i) Depennato “post eius” j) Depennato s k) Depennato “l” l) Depennato “fuit”.

**12.****1388, giugno 1**

- f. 19r<sup>(a)</sup> Indictione<sup>(b)</sup> XI<sup>a</sup>, mense iunii die primo.  
In presentia mei notarii etc. Iohannes pauper dictus Ianni Sordo de fratribus paupere vite de regione Pinee sua bona voluntate donavit inter vivos etc. Dederutie de dicta vita, presenti etc. omnia bona res massaritias et suppellectilia que nunc habet et in futurum acquisiturum est, durante eius vita quas habet in domo sua et extra domum, que appellarentur pro hiis cuiuscumque generis sint. Hanc autem donationem fecit dictus Iohannes dicte Dederutie, presenti ut supra ob amorem quem habet in eam et ob gratis servitiis ab ea receptis per dictum Iohannem et quia dicta Tederutia<sup>(c)</sup> servivet ipsi Iohanni in infirmitate suis et fecit ipsi Iohanni medicinas
- f. 19v et alia necessaria ipsi Iohanni expensis ipsius Tederutie et de laboribus eiusdem etc. et promisit etc.  
Testes: Symeus filius Sancti Veri, Paulus Mascii de Ponticelli olim [et]\* Iohannes Butii olim de Tuderto nunc de regione Pinee ad predicta etc.

<sup>a)</sup> Sul margine sinistro del foglio è annotato un segno convenzionale di “completum” <sup>b)</sup> Depennato “XII<sup>a</sup> mense” <sup>c)</sup> Così P.

**13.****1388, giugno 12**

- f. 20r Indictione XI<sup>a</sup>, mense iunii die XII<sup>o</sup>.  
In presentia mei notarii etc.  
Laurentius filius quondam Anthonii Bertuldi dicti alias Aceto de regione Pinee, qui primo iuravit etc. sponte cessit et concessit Nicolao Anthonii tabernario de regione Pinee, presenti etc. omnia iura et actiones etc. que et quas habet contra et adversum Mactheum Martini et Marinum eius filium pretestu et occasione centum librarum provisinorum senatus, in quibus predicti Matheus<sup>(a)</sup> et Marinus obligantes assignaverunt dicto Laurentio, pretestu et occasione cuiusdem instrumenti depositi scripti manu Petrutii Iohannis Nardi publici notarii continentis quantitatem centum<sup>(b)</sup> librarum provisinorum senatus. Hanc autem cessionem et que dicta sunt fecit dictus
- f. 20v pro eo quod dictus Laurentius confessus fuit se recepisse et habuisse dictas centum libras dictus Cola intendit petere a dictis Matheo et Marino eius filio, de quibus centum libris ipse Laurentius post ipsam receptionem sese bene quietum contentum vocavit a dicto Cola et renumpsiavit etc. et promisit quod dicta iura nemini sunt vendita etc. et si contrarium appareret voluit teneri de evictione in forma etc. pro quibus etc. et obligavit etc. et renumpsiavit etc.  
Testes: Cola Rencholi calcularius [et]\* Tutius Apolinarii dictus Ciaccia pellarius [ambo]\* de regione Pinee.

<sup>d)</sup> Corretto sul precedente “Martinus” <sup>b)</sup> Depennato “s”.

**14.****1388, luglio 1**

- f. 21r Indictione XI<sup>a</sup>, mense iulii die<sup>(a)</sup> primo.  
In presentia mei notarii et testium subscriptorum etc. Ego Tutius Apolinarii, filius olim dictus Ciaccia de regione Pinee, infirmus corpore mente quidem sanus et conscientia pura, timens casum future mortis quia nil certius mortis et nil incertius hora mortis, nollens decedere intestatus, ideo hunc meum nuncupativum condidi testamentum, quod iure civili dicitur sine scriptis facere cupio, in quo quidem meo testamento mihi heredes universales instituo Iohannem Iacobum et Palotiam filium et filiam meam et ventrem domine Catherine uxoris mee<sup>(b)</sup> si pregnans est et eius partus ad lucem pervenerit et quemlibet
- f. 21v ipsorum secundum infrascriptum modum, videlicet in primis relinquo dicte Catherine uxori mee dotem suam et iura sua dotalia quam recepi tempore contracti matrimonii inter nos et mantellum de scarleto quod emi pro ea et si dicta Catherine uxor mea post mortem meam cum dictis filio et filia et postumo honeste stare et vivere voluerit sine viro relinquo ipsam dominam dominatricem et usumfructuariam toto tempore quo sic stare voluerit alioquin cum dictis dote et relicto per me sibi facto vadat et disponat pro suo libito voluntatis. Item relinquo pro anima mea ecclesie Sancte Marie super Minervam pro auxilio unius calicis sive unius planete florenos auri
- f. 22r quinque. Item relinquo eidem ecclesie pro missis cantandis florenos auri tres<sup>(c)</sup> in qua quidem ecclesia eius corpus voluit sepelli. Item relinquo archipresbitero Sanctorum Gosme et Damiani de Pinea pro omni iure quod petere possit in bonis meis tum ratione sepulture quam etiam canonica portione et quacumque alia occasione florenos auri et duos et sit contentus<sup>(d)</sup> ita et taliter quod de bonis meis et in bonis plus in perpetuum petere non possit et si plus petere vellet quod cadat a dicto relicto per me sibi facto et quod in dicto relicto succedat predicta Sancte Marie super Minerbam pro missis cantandis ut supra, omnia alia bona mea<sup>(e)</sup> mobilia et immobilia iura et actiones et nomina
- f. 22v creditorum relinquo dictis Iohanni Iacobo et Palotie et postume seu postumo et cuiuslibet ipsorum pro equali portione et si aliquis ipsorum tam natorum quam etiam postumi sive postume si ad lucem pervenerit tam in pupillari etate quam etiam quandocumque sine filiis legitimis mori contingierit quod moriatur superstitibus

f. 23r sive superstita pro equali portione et si quod absit<sup>(f)</sup> omnes iam nati quam postumi mori contingierit quod mori autem pro anima mea in hunc modum, videlicet quod in casu predicto relinquo dicte ecclesie Sancte Marie super Minervam medietatem domorum mearum que quondam fuerunt Lelli de Pilellis venditarum per et capitulum dicte ecclesie et de earum pretio fiant scale marmoree ante portam dicte ecclesie aliam vero medietatem dictarum domorum relinquo in casu infrascriptos meos executores predicto Nicolao Anthonii calulario fratri meo. Item relinquo in casu predicto dicte domine Caterine uxori mee vineam meam positam extra portam Sancti Laurentii infra suos confines. Item relinquo quod in casu in quo dicta Catherina uxor mea vellet transire ad secunda vota curam et administrationem dictorum filii, filie, postumi sive postume Nicolao<sup>(g)</sup> Tebaldi Musciani avio ipsorum, quem Nicolaum in casu predicto<sup>(h)</sup>

f. 23v tutorem et administratorem constituo. Item relinquo Nicolao Tebaldi socero meo quatuor florenos auri in quibus michi tenebatur occasione mutui. Item relinquo domine Iohanne Colutie Petri notarii sedium et habitationem in domibus meys dum stabit cum uxore mea et familia mea et ultra predicta relinquo eidem domine Iohanne duos florenos auri pro anima mea. Instrumentum confectum isto presente die per manum Petrutii Iohannis Nardi de Porcariis radifico et accepto. Item relinquo Paulo filio Cole Anthonii fratris mey pro anima mea duos florenos auri. Item relinquo ecclesie Societatis Recomendatorum Beate Marie Virginis pro pictura unius figure

f. 24r Beate Marie Virginis pingniende in ecclesia Sancte Marie de Inferno florenum unum. Executores huius mey testamenti et mee ultime voluntatis et anime mee relinquo Nicolaum Truccholi, Anthonium Iohannecti et Colam Anthonii, presentes et acceptantes. Hoc autem testamentum etc.  
Actum in domo mea, presentibus hiis testibus, scilicet  
Paulo Petri domini Iacobi  
Stefanello Cecchi de Porcariis  
Paulo dicto Luccho  
Iacobo Homodey  
Ceccho Colecte  
fratre Nicolao de Tuderto  
fratre Pucio Cole Iohannis Francisci  
[omnes]\* de regione Pinee.

<sup>a)</sup> Depennato “VII” <sup>b)</sup> Depennato “et” <sup>c)</sup> L’espressione che segue fino a “sepelliri” è stata annotata sul margine destro del foglio e ad essa rimanda un segno convenzionale <sup>d)</sup> P “contenftus” <sup>e)</sup> Depennato “re” <sup>f)</sup> Depennato i <sup>g)</sup> P “Tebaldi” e così nei casi che seguono <sup>h)</sup> Depennato con una macchia di inchiostro “predicto” come sembra.

## 15.

1388, luglio 7

f. 24v Indictione XI<sup>a</sup>, mense iulii die VII<sup>o</sup>.  
In presentia mey notarii etc. Cum Marinus Mathey Marini de regione Pinee appareret<sup>(a)</sup> debitor Ceccho Natoli Iohannis Symeonis de regione Parionis et appareat obligatus eidem Ceccho in L<sup>ta</sup> florenis auri vigore depositi continentis dictam quantitatem scripti manu publici notarii et nunc dictus Marinus preter pacta condita inter ipsum Marinum et dictum Cecchum videlicet quod dictus Marinus debeat solvere eidem Ceccho quolibet anno sex florenos auri quousque erunt excomputati dicti L<sup>ta</sup> floreni auri<sup>(b)</sup> volens attendere dicta pacta dictus Marinus solvit eidem Ceccho, presenti etc. in pecunia numerata sex florenos

f. 25r de quibus sex florenis auri dictus Cecchus se bene quietum contentum et pacatum vocavit et renumpsiavit etc. et XXX<sup>ta</sup> floreni auri soluti per dictum Marinum dicto Ceccho ut patet in instrumentis<sup>(c)</sup> refutantiarum scriptis manu publicorum notariorum similiter confessus fuit recepisse et habuisse in pecunia numerata de quibus etc. et renumpsiavit etc. pro quibus etc. et obligaverunt etc.  
Actum in domo dicti Cecchi, presentibus hiis testibus, scilicet Paulo Thome Frederici notario de regione Parionis, Anthonio Rentii et Palutio Rentii de regione Pontis.

<sup>a)</sup> P “appareret” <sup>b)</sup> Depennato “nunc dicto” <sup>c)</sup> Depennato “fide”.

## 16.

1388, luglio 7

f. 25v Eodem anno, mense, indictione, pontificatu et die et in presentia Rentii Pirrocti et Lelli Cole Grassi sutor de regione Pinee testium ad hec specialiter vocatorum et rogatorum.  
In presentia mei notarii et testium etc. domina Angela uxor Palutii Petri Guictonis de regione Pinee cum consensu dicti Palutii viri sui sponte et ex certa scientia constituit et ordinavit suum procuratorem Colam Anthonii calsectarium de regione Pinee, absentem tamquam presentem, ad omnes suas lites et specialiter ad<sup>(a)</sup> recipiendum terminum et obligandum ationem (?) quod ipsa domina Angela coram Dominis Banderensibus et III<sup>or</sup> a Meolo Tutii Nicolai Oddonis notario de regione Trivii et

f. 26r a Cecchino \*\*\*\*\* Fornario<sup>(b)</sup> de regione Campimartis et generaliter etc. dedit potestatem possidere substituere etc. promisit etc. et obligavit etc.

Actum in domo dicti Palutii etc.

<sup>a)</sup> Depennato “age” <sup>b)</sup> Come sembra.

17.

1388, luglio 9

f. 11v Indictione XII<sup>a(a)</sup>, mense iulii die VIII<sup>or</sup>.  
In presentia mei notarii etc.<sup>(b)</sup> Cecchinus Pauli Stati de regione Campimartis sponte refutavit Palutio Petri Guictionis de regione Pinee, presenti etc. omnia iura que habet contra ipsum Palutium occasione venditionis vinee, posite extra portam<sup>(c)</sup> Maiorem<sup>(d)</sup> etc. pro eo quod recepit XX<sup>ti</sup> florenos dictus Cecchinus a dicto Palutio reservato iure petendum VIII florenos a dicto Palutio.  
Testes: Meolus Tutii Nicolai Oddonis de regione Trivii, dominus Iohannes Bictionis de regione Montium.

<sup>a)</sup> Così P <sup>b)</sup> Depennato “d” <sup>c)</sup> Depennato s <sup>d)</sup> P “Maioream”.

18.

1388, luglio 30

f. 26v In nomine Domini amen. Anno Nativitatis eiusdem millesimo III<sup>o</sup>LXXXVIII<sup>o</sup> pontificatus domini Urbani pape VI<sup>ti</sup> indictione XII<sup>a</sup> mense iulii die XXX<sup>o</sup>.  
In presentia mei notarii et testium subscriptorum ad hec specialiter vocatorum et rogatorum Nos Iohannes de Aniballis de regione Pinee arbiter arbitrator et amicabilis compositor et communis amicus electus factus assumptus et ordinatus a Paulo de Sorromanis notario de regione<sup>(a)</sup> procuratore et persona legitima magnifice viri Raynaldi filii olim Butii Iordani de Ursinis, procuratorio nomine pro eo, ex parte una, et Iohanne Licchardutii de regione Colupne, procuratore et persona legitima magnificorum virorum Andreutii quondam Andree<sup>(b)</sup> domini Oddonis de Palombaria,

f. 27r Anthonelli et Cole filiorum ipsius Andreutii, procuratorio nomine et pro eis, ex parte altera, de omni briga lite et questione que est vel esse posset inter dictas partes et eorum vaxallos coaderentes occasione iniuriarum quarumcumque illatarum inter dictas partes occasione quacumque unde nos Iohannes predictus seddens pro tribunali in quaddam trabbe, posita ante domum mei arbitri predicti, Christi nomine invocato, arbitramur laudamus in hiis scriptis inter dictas partes perpetuam securitatem et treguam, videlicet quod unus alteri et alter alteri non debeat offendere nec offendi facere

f. 27v in persona vel bonis ad penam in compromisso contentam exigendam prout in compromisso continetur secundum formam infrascriptorum capitulorum, videlicet cum promissione quod dicta securitas non intelligatur fracta nisi eo modo quo pax frangitur secundum formam infrascriptorum capitulorum, presentibus et acceptantibus dictis procuratoribus.

Actum ante domo ipsius Iohannis, presentibus hiis testibus, scilicet Andreotius Lelli Angeli Blaxii, Precesso Iohannis Vetralle, Stefanello Andreotii de regione Pinee et Lello Cecchi Sancti Angeli de regione Campitelli ad hec<sup>(c)</sup> vocati et rogati<sup>(d)</sup>.

f. 28r Quorum<sup>(e)</sup> quidem capitulorum tenor per omnia talis est \*\*\*<sup>(f)</sup>

<sup>a)</sup> È omissa il riferimento al rione <sup>b)</sup> Depennato “de” e il successivo tentativo di correzione in “domini” <sup>c)</sup> Così P nella declinazione dei vocaboli seguenti <sup>d)</sup> Annotato in calce al foglio “Cancellatum et annullatum fuit presens instrumentum depositi de comuni partium voluntate” ma suscita perplessità l’annotazione perché l’atto riportato nel testo è un “arbitratum”, né su di esso sono riportate ovviamente le consuete linee di annullamento applicate nella prassi notarile <sup>e)</sup> L’“arbitratum” prevedeva nelle intenzioni del notaio, l’integrazione di un codicillo e l’elenco dei capitoli citati nel testo. <sup>f)</sup> Segue il restante foglio in bianco e allo stesso modo sono stati lasciati in bianco i successivi ff. 28v, 29r e v

19.

1388, settembre 12

f. 30r Indictione XII<sup>a</sup> mense septembris die XII<sup>o</sup>.  
In presentia mei notarii etc. Iuvinellus quondam Cecchi de castro Lungniole de comitatu Narnie et nunc de regione Pinee, infirmus quidem corpore mente quidem sanus et conscientia pura, timens casum future mortis quia nil certius<sup>(a)</sup> mortis et nil incertius hora mortis, nollens decedere intestatus, idcircho hunc meum nuncupativum condidi testamentum, quod iure civili dicitur sine scriptis facere cupio, in quo quidem meo testamento michi heredem universalem istituo Palotiam filiam meam cui relinquo dotem suam et iura sua dotalia que competere quando

f. 30v esset perfecte<sup>(b)</sup> etatis transductionis ad virum. Item relinquo Constantie uxori mee dotem suam et iura sua dotalia que habui tempore contracti matrimonii inter me et ipsam<sup>(c)</sup> que est obligata et curatam in vinea, posita extra portam Pincianam ut suis finibus terminatur, ut patet in istrumento dotali scripto manu Pauli de Sorromanis publici notarii et ultra dotem suam et iura sua dotalia relinquo sibi decem libras provisinorum senatus. Item relinquo dicte Palotie filie mee ultra dotem et iura sua dotalia per me sibi relicta omnia bona que habeo in dicto castro Lungniole. Item volo et mando quod si dicta Palotia filia mea decederet sine

- legitimis ex suo matrimonio legitime natis quod tunc in dicto casu<sup>(d)</sup> et in dicto relicto per me facto de dictis bonis dicte Palotie filie
- f. 31r mee quod succedat Marina soror mea germana et quod de dicto relicto remaneat contenta et plus de bonis meis petere non posset et si petere vellet nec posset quod<sup>(e)</sup> cadat a dicto relicto et in dicto relicto succedat dicta Constantia uxor mea. Item relinquo dicte Constantie uxori mee ultra relictum per me sibi facto<sup>(f)</sup> omnes massaritas tam grossas quam minutas quas habeo in domo mea vel ubicumque per me esset et in futurum acquisiturus ero. Item volo et mando quod dicta Marina soror mea habeat et percipiat omnes fructus omnium possessionum quas habeo in
- f. 31v dicto castro donec dicta Palotia filia mea sit in etate XIII<sup>or</sup> annorum verum tamen si dicta soror mea viveret tunc temporis alias dimicto dictam perceptionem dictorum fructum dictarum possessionum dicte Constantie uxori mee recipienti pro dicta Palotia filia mea convertendi in utilitate dicte Palotie filia mee. Item volo et mando quod si dicta Marina soror mea et dicta Palotia filia mea decederunt sine legitimis filiis ex earum matrimonio legitime natis quod tunc in dicto casu succedant omnes meo consanguiney qui reperirentur post mortem meam et dictarum sororis et filie mee proximioris in gradu. Item confiteor me esse debitorem Stefanello Maccharonis de regione Colupne in
- f. 32r XII florenis auri, posito quod instrumentum confectum inter me et ipsum dicat de XVIII florenis. Item dico me esse debitorem in alia manu dicto Stefanello in uno rublo grani restituendi pro illo pretio quod valebat tunc temporis quibus ipsum ab eo recepi et habui. Item relinquo pro anima mea pro missis cantandis et pro aliis elemosinis florenos tres. Item relinquo medietas dictorum trium florenorum solvat dicta Constantia uxor mea aliam solvat dicta Marina soror mea. Item relinquo pro maltollecto florenos duos. Item relinquo illi qui facit foveam quinque solidos provisinarum. Executores huius mei testamenti relinquo
- f. 32v Constantiam uxorem meam et Marinam sororem meam quibus do plenam licentiam etc. et volo dictum meum testamentum valere ratione testamenti et sine ratione testamenti ratione codicilli et si non ratione codicilli ratione \*\*\* \*\*\*\*\* et omni<sup>(g)</sup> modo etc. et hoc est mea ultima voluntas etc.  
Actum ante domum dicti testatoris, presentibus hiis testibus<sup>(h)</sup>  
Palutio Petri Guiconis  
Francisco Cole Trucholi  
Iotio Pillele  
Petrutio calsectario  
Anthonio Cole Andree  
Piçço olim de civitate Castellana  
Gibbilleo Petrutii Gibbilley  
[omnes]\* de regione Pinee.

<sup>a)</sup> Depennato un tratto iniziale di "h" <sup>b)</sup> P "perffecte" <sup>c)</sup> La lunga espressione che segue fino a "publici notarii" è annotata sul margine sinistro del foglio e ad essa rimanda un segno di richiamo <sup>d)</sup> Depennato "dicto" <sup>e)</sup> Depennato "sue" <sup>f)</sup> P "facta" <sup>g)</sup> P "omnibus" <sup>h)</sup> Depennato "Palut".

## 20.

1388, ottobre 3

- f. 33r Indictione XII<sup>a</sup> mense octubris die tertio.  
In presentia mei notarii etc. Mathutius Lelli della Riccia de regione Pontis et dominus Franciscus de Saxolinis de regione<sup>(a)</sup> Pinee suo proprio nomine et vero nomine alicuius sui beneficii etc. ex una parte, et Ranolfus de Tedallinis de regione Colupne, ex alia, sponte compromiserunt et in Teballum de Cancellariis de regione Colupne, absentem etc. de omni eo quod petere posset ad insimul usque in presente die quacumque occasione dantes potestatem dicto eorum arbitro possidere inter ipsas partes arbitrare alte et basse etc. et promiserunt omne arbitrium descendendo ex hoc compromisso ratum et gratum habere
- f. 33v et de eo non appellare nec petere restitutionem ad arbitrium alterius boni viri ad penam tantum librarum applicandarum pro medietate camere Urbis et pro alia medietate parti fidem servanti voluerunt dicte partes dictum compromissum durare hinc ad octo dies proxime futuros.  
Actum in reclaustro Dominorum Banderensium, presentibus hiis testibus Andrea Diotaiuti de regione Sancti Angeli, Martellutio Pauli Lomoli de regione Pinee ad hec vocatis et rogatis etc.

<sup>a)</sup> Depennato "S".

## 21.

1388, ottobre 16

Indictione<sup>(a)</sup> XII<sup>a</sup> mense octubris<sup>(b)</sup> XVI<sup>o</sup> <sup>(c)</sup>.  
Contractum fuit matrimonium per verba de presenti inter Iohannem \*\*\*\*\* et Palotiam filia quondam Colutie \*\*\*\*\* dicti alias Cecuço de regione Pinee videlicet interrogatus dictus Iohannes si volebat dictam Palotiam pro legitima uxore dixit quod vis et ecomiserit (?).  
Testes: Laurentius de Sorromanis, Ricchardus de Sanguineis.

a) L'atto che segue è stato annotato con notevole abbreviazione del formulario utilizzando la massima giustizia del quarto inferiore del foglio già lasciato in bianco b) Omesso "die" c) Corretto sul precedente "XXI".

**22.**

**1388, ottobre 19**

f. 34r

Indictione XII<sup>a</sup> mense octubris die XVIII<sup>or</sup>.

In presentia mei notarii etc. Lellus Nucciolini de regione Colupne et Nardus Iohannis Nardi de regione Pinee clerici Sancti Stefani de Pinea, nomine dicte ecclesie locaverunt ad pensionem Anecchino Teothonico de dicta regione Pinee unam domum terrineam et solaratam positam prope dictam ecclesiam ut suis finibus terminatur quam domum dicunt ad ipsos spectare et pertinere ratione dicti eorum beneficii pro pensione duorum florenorum et unius quarti anno quolibet et promiserunt etc. pro qua pensione dicte domus solvit dictus Anecchinus tres florenos quos expendit

f. 34v

in reparatione, pro quibus etc. et obligaverunt etc.

Testes: Cola Anthonii calsectarius, Lucas Cecchi Cafari [ambo]\* de regione Pinee ad hec etc.

**23.**

**1388, ottobre 31**

Indictione XII<sup>a</sup> mense octubris die ultimo.

In presentia mei notarii etc.

domina Vannotia uxor olim Barthomei Cartarii de regione Campitelli sponte refutavit et renumpiavit magistro Petro carpentario de regione Sancti Angeli, presenti et recipienti etc. omnia iura omnesque actiones etc. que habet contra ipsum nec eius bona occasione trium florenorum auri in quibus dictus magister Petrus tenetur dicto olim Barthomeo viro ipsius domine, occasione unius carrate lingniaminum conducte per dictum olim Barthomeum ad

f. 35r

Urbem ad petitionem dicti magistri Petri quod dicto pretio et generaliter etc. de omni eo quod petere posset dicta domina eidem magistro Petro dicta occasione. Hanc autem refutationem et que dicta sunt et infra dicentur fecit dicta domina eidem magistro Petro pro eo quod presentialiter et manualiter recepit et habuit dicta domina a dicto magistro Petro duos florenos, de quibus etc. et renumpiavit etc. et residuum vero<sup>(a)</sup> videlicet unum florenum confessa fuit recepisse et habuisse a dicto magistro Petro, de quibus etc. et renumpiavit etc. et promisit quod dicta iura sunt sua etc. pro quibus etc. et obligavit etc. renumpiavit etc.

Testes: Nutius Sixti de regione Sancti Angeli notarius<sup>(b)</sup>, Petrutio Iohannis Vennectini de Campitello, Andrea carpentario de regione Pontis.

<sup>a)</sup> Depennato "promisit" <sup>b)</sup> testimoni che seguono sono declinati erroneamente in ablativo.

**24.**

**1388, ottobre 31**

f. 35v

Eodem die et coram dictis testibus.

In presentia mei notarii etc. magister Petrus carpentarius de regione Sancti Angeli sponte refutavit domine Vannotie uxori olim Barthomei Cartarii de regione Campitelli, presenti etc. omnia iura que habet vel habere posset contra eam occasione societatis et conversationis facte per dictum Barthomeum cum dicto magistro Petro in arte cartarie et generaliter de omni eo quod petere posset dicta occasione. Hanc autem refutationem fecit dictus magister Petrus eidem domine pro eo quod confessus est se recepisse omne id quod petere posset in bonis dicti Barthomei a dicta domina, de quibus etc. et renumpiavit etc. et promisit etc. et obligavit etc. et renumpiavit etc.

Testes: predicti.

**25.**

**1388, novembre 14**

f. 36r

Indictione XII<sup>a</sup> mense novembris die XIII<sup>or</sup>.

In presentia mei notarii etc. Amicus Chioli olim de Aquila et nunc de regione Pontis sponte refutavit et renumpiavit et per pactum etc. Petro Anastotii de regione Pinee, presenti etc. omnia iura etc. que habet contra ipsum Petrum pro ipso Amicho pretestu et occasione unius arbitrii lati contra ipsum Petrum per Iudam lanarolum de regione predicta continentem quantitatem III<sup>or</sup> florenorum. Item et occasione exbandimenti facti et concessi contra ipsum Petrum occasione dicti arbitrii<sup>(a)</sup> et occasione cardopnum<sup>(b)</sup> (?) eum etc. Item et occasione expensarum factarum in dicto exbandimento et generaliter de omni eo quod petere posset dicta occasione. Hanc autem refutationem fecit dictus<sup>(c)</sup> Amicus dicto Petro pro<sup>(d)</sup> quod presentialiter et manualiter recepit et habuit a dicto Petro quinque florenos auri residuum confessus fuit recepisse, de quibus etc. et renumpiavit etc. et promisit quod dicta iura sunt sua etc. et nemini sunt obligata nec vendita

f. 36v et si contrarium appareret voluit tenere de evictione et ad hec ad instantiam dicti Amici Cola Lelli de Philippi et Lippolum de regione Parionis emancipatum a dicto eius patre ut patet manu Nardi Bastardelli publici notarii<sup>(e)</sup> sponte fideiusserunt in casu predicto, pro quibus etc. et obligaverunt etc. et renumpiaverunt etc. Actum in domo residentie Dominorum Banderensium et III<sup>or</sup>, presentibus hiis testibus, scilicet Francisco Cole Truccholi, Marco Iotii Pilella et Laurentio Aceti de regione Pinee ad hec vocatis et rogatis.

<sup>a)</sup> L'espressione che segue fino ad "etc." è stata annotata sul margine destro del foglio senza un segno di richiamo nel testo <sup>b)</sup> Come sembra <sup>c)</sup> Depennato "Aqui" <sup>d)</sup> Omesso "eo" <sup>e)</sup> Depennato "pro".

26.

1388, novembre 28

f. 37r Indictione XII<sup>a</sup> mense novembris die XXVIII.  
In presentia mei notarii etc. dominus Petrus de Canemortuo prior infrascriptus, dominus Laurentius de Rubeys, dominus Leonardus domini Abrammi, dominus Andreas de castro Novo, dominus Petrus Cecha, dominus Gregorius Mathei Francescoli, dominus Iulianus de Bucchamatiis, dominus Cero Pauli primicerii, dominus Petrus Paulus Cecchi ferrarii canonici Sancti Marci de Urbe ad sonum campanelle in acchoro dicte ecclesie ut solitum est, sponte locaverunt Iohanni Anthonio Nansi de regione Pinee, presenti et recipienti etc. scilicet duas lapides marmoreas cum statio videlicet primas positas in porticali noviter facto dicte ecclesie pro vendendo piscies ut suis finibus terminatur cum omnibus suis usibus etc. pro duobus annis proxime futuris incipiendo die presentis contractus et finiendo ut sequitur. Hanc autem locationem fecerunt dicti prior et canonici nomine dicte ecclesie pro dicto tempore pro pretio et nomine pretii IIII<sup>or</sup> florenorum  
f. 37v auri quos IIII<sup>or</sup> florenos confessi fuerunt recepisse et habuisse de quibus etc. et renumpiaverunt etc. et promiserunt quod nemini sunt locata nec vendita vel donata etc. pro quibus etc. et obligaverunt etc. Actum in achoro dicte ecclesie, presentibus hiis testibus, scilicet Symono Egidii, domino Tadeo domini Abrammi, Colutia Iacobi calsectario de regione Pinee.

27.

1388, novembre 29

f. 38r Indictione XII<sup>a</sup> mense novembris die XXVIII<sup>or</sup>.  
In presentia mei notarii etc.  
domina Francisca uxor quondam Pauli Hominisdey de regione Pinee sua bona voluntate dat ad pomedium Nutio Filippucii de regione Montium, presenti etc. scilicet vites et arbores fructiferas et infructiferas V petiarum plus vel minus quante sunt ipsius domine, positarum extra portam Sancti Iohannis in loco qui dicitur Monte Calcatori infra hos fines, ab uno latere tenet Herrigus Nardi Plenerii, videlicet de super, ab alio tenet vinea uxoris quondam Stefanutii de regione Montium, ab alio est viculus vicinalis, ab alio est vinea ipsius domine vel si qui etc. in hunc modum videlicet quod dicta domina promisit dicto Nutio dare dictas<sup>(a)</sup> vites dictarum V petiarum potatas expensis ipsius domine et promisit  
f. 38v dicta domina dicto Nutio dare cannas et viscum quod sufficiat ad dictas vites dictarum V petiarum et alia necessaria ad dictam vineam, promisit dictus Nutius facere expensis ipsius Nutii et quod tempore vendemiarum detrahatur pars totius musti quod exierit de dicta vinea pro iure quartatini et residuum dividatur inter ipsam dominam et dictum Nutium et promisit dicta domina eidem Nutio quod nemini est obligata etc. et renumpiavit etc. et obligavit etc. pro quibus etc. et obligaverunt etc. Actum in porticali ipsius domine in regione Pinee, presentibus<sup>(b)</sup> hiis testibus, Stefanello Petrignani, Cuccharo et Francisco Martini ortulano de regione Pinee ad hec vocatis et rogatis etc.

<sup>a)</sup> P "dictans" <sup>b)</sup> Depennato "testibus".

28.

1388, dicembre 3

f. 39r Indictione XII<sup>a</sup> mense decembris die III<sup>o</sup>.  
In presentia mei notarii etc. Cola Truccholi calsectarius de regione Pinee sponte confessus fuit sese habere in depositum nomine et ex causa depositi a Nutio de Teballescis de regione Parionis, presente etc. XXX<sup>ta</sup> florenos boni et puri auri ad rationem XLVII solidorum provisorum pro quolibet floreno, quos XXX<sup>ta</sup> florenos confessus fuit dictus Cola a dicto Nutio recepisse et habuisse, de quibus etc. et renumpiavit etc. quos promisit dictus Cola dicto Nutio dictos XXX<sup>ta</sup> florenos ad rationem predictam tenere et salvos facere ad omnem ipsius Cole rescum periculum et fortunam etc. quos XXX<sup>ta</sup> florenos promisit dictus Cola dicto Nutio, presenti etc. restituere eidem Nutio per totum Carnisprivium proxime futurum in quibus XXX<sup>ta</sup> florenis dictus Cola confessus fuit se teneri dicto Nutio occasione assong( )e venditionis per dictum Nutium dicto Cole, pro quibus etc. et obligavit etc. et renumpiavit etc. Actum Rome in regione Pinee, presentibus hiis testibus, scilicet Nutio dicto Ciavactolas de regione Pinee et Santo Veri calsulario de regione Pinee.

29.

1388, dicembre 7

f. 39v

Indictione XII<sup>a</sup> mense decembris die VII<sup>o</sup>.

In presentia mei notarii etc. Laurentius Romanelli de castro Montis Rotundi sponte constituit fecit creavit etc. suum procuratorem etc. Paulum de Sorromanis de regione Pinee, presentem et acceptantem ad omnes ipsius Laurentii lites et questiones quas habet in quacumque curia ecclesiastica vel seculari et coram quocumque iudice etc. et maxime ad questiones et litigium<sup>(a)</sup> quam habet cum castro Toffie et generaliter etc. dans potestatem etc. et promisit etc. relevans etc. pro quibus etc. et obligavit etc.

Actum ante domum Nicolai Triccholi in regione Pinee, presentibus hiis testibus, scilicet<sup>(b)</sup> Francisco Nicolai Truccholi, Iohanne Scorsolino etc. et Petrutio Iohannis domini Iacobi.

<sup>c)</sup> Depennato “vi” <sup>d)</sup> Depennato “Laur”.

30.

1388, dicembre 10

f. 40r

Indictione XII<sup>a</sup> mense decembris die X<sup>o</sup>.

In presentia mei notarii etc.

Paulutius Butii tubatoris de regione Pinee et domina Francisca uxor ipsius Palutii cum consensu ipsius Palutii sponte constituerunt suos procuratores, videlicet

Paulum de Sorromanis de regione Pinee

Iacobum dictum Pino

Iohannem Iutii calsolarii notarium [ambo]\* de regione Campitelli

Petrutium Iohannis Nardi de Porcariis de regione Pinee absentes tamquam presentes etc.

Franciscum Nicolai Truccholi notarium de regione Pinee

Et quemlibet ipsorum in solidum ad omnes ipsorum Palutii et domine Francisce eius uxoris lites et questiones quas habent<sup>(a)</sup> et in futurum habebunt cum Stefanello<sup>(b)</sup> Cechi de Porcariis de regione Pinee in curia

f. 40v

Capitolii vel in quacumque curie ecclesiastica vel seculari et coram quocumque iudice vel auditore vel cum quacumque alia persona universitate vel loco et generaliter etc. dantes potestatem etc. et promiserunt etc.<sup>(c)</sup> relevaverunt etc. pro quibus etc. et obligaverunt etc.

Actum ante domum ipsius Palutii et domine Francisce, presentibus hiis testibus, scilicet Tutio Petri de Ariano, Cola Anthonii tabernario [et]\* Laurentio Aceti [omnes]\* de regione Pinee.

<sup>a)</sup> P “habentot” <sup>b)</sup> P “Stefanellus” <sup>c)</sup> Depennato “pro”.

31.

1388, dicembre 13

f. 41r

Indictione XII<sup>a</sup> mense decembris die XIII<sup>o</sup>.

In presentia mei notarii etc. Iacobellus Iuvinelli Andree de Narnia de regione Sancti Heustachii sponte confessus est et in veritate recongnovit se habere et tenere in depositum nomine et ex causa depositi<sup>(a)</sup>; presentialiter et manualiter a Sabba quondam Iohannis de Sorromanis de regione Pinee, presente et deponente, L<sup>ta</sup> florenos boni et puri auri et recti ponderis ad rationem XLVII solidorum provisinarum pro quolibet floreno, quos presentialiter et manualiter recepit et habuit a dicto Sabba in florenis de auro, de quibus post ipsam receptionem sese bene quietum contentum et pacatum vocavit

f. 41v

et renumpiavit exceptioni non solutorum non numeratorum non assignatorum non ponderatorum dictorum L<sup>ta</sup> florenorum auri ad rationem predictam et depositi predicti non habiti et non recepti quos L<sup>ta</sup> florenos ad rationem predictam dictus Iacobellus promisit eidem Sabbe, presenti etc. ut supra tenere et salvos facere ad omnem ipsius Iacobelli periculum rescium et fortunam etc. quos promisit ipse Iacobellus reddere eidem Sabbe ad omnem ipsius Sabbe petitionem requisitionem et voluntatem, pro quibus etc. obligavit etc. et renumpiavit etc.

Actum in domo ipsius Sabbe, presentibus hiis testibus, scilicet Palutio Petri Guictionis de regione Pinee, Iacobo magistri Berardi dudum de Teramo et nunc de regione Colupne, Andreatio filio Lomoli de Anguillaria.

<sup>c)</sup> Depennato “a Sabba”.

32.

1388, dicembre 27

f. 42r

Indictione XII<sup>a</sup> mense decembris die XXVII<sup>o</sup>.

In presentia mei notarii etc. Anthonius Iohannis de Scandriglia et nunc de regione Colupne sponte promisit Laurentio de Sorromanis de regione Pinee, presenti etc. laborare et laborari facere per se ipsum vel alium eius nomine<sup>(a)</sup>, in tenimento casalis Sancti Honesti VIII<sup>o</sup> rubra maiensis eligenda per ipsum Anthonium in



f. 42v tenimento dicti casalis et ipsam maiensem laborare ad modum boni laboratoris et dictus Laurentius promisit dare eidem Anthonio pro introytu dictorum VIII rubrorum maiensium VII florenos quos VII florenos dictus dominus Laurentius promisit eidem Anthonio dare et solvere cum effecto hinc ad VIII dies proxime futuros et duas falciatas feni quod fenum est in prato dicti casalis falciandi expensis dicti Anthonii et ascande<sup>(b)</sup> suis expensis, pro quibus etc. obligavit etc. et renumptiavit etc. et dictus Anthonius promisit eidem Laurentio presenti ut supra dare de dictis VIII<sup>o</sup> rublis maiensium<sup>(c)</sup> quartam partem totius frumenti<sup>(d)</sup> quod erit sementatum et quod recolligetur de dictis VIII<sup>o</sup> rublis maiensis, pro quibus etc. et obligavit etc.

Testes: Anthonius Butii Iubillei [et] Cecchus frater [omnes]\* de regione Pinee.

a) Depennato “v” b) Come sembra c) Depennato “III<sup>la</sup>” d) P “flumentis”.


33.

1388

f. 43r Singnum mey Lelli de Sorromanis notarii ut supra.

(S)<sup>(a)</sup>

a) Seguono in bianco i ff. 43v, 44r e v. Nell'ultimo foglio è stato annotato a matita da un recente archivista “Serromani Lelli / 1388/vol. 3 prot. 783”.



1.

1391, gennaio 31

- f. 1r In nomine Domini amen. Anno Domini millesimo III<sup>c</sup>LXXXI<sup>o</sup> pontificatus domini Bonifatii pape noni, indictione XIII<sup>a</sup>, mense ianuarii die ultimo.  
In presentia mei notarii et testium subscriptorum ad hec specialiter vocatorum et rogatorum Lellus quondam Lomoli Iohannis de regione Pinee, infirmus quidem corpore tamen sanus mente<sup>(a)</sup> conscientia intellectu ac loquela, timens casum future mortis, nollens decedere intestatus, hoc presens nuncupativum testamentum, quod iure civili dicitur sine scriptis facere procuravit sic dicens, ego Lellus quondam Lomoli Iohannis Muti de regione Pinee, infirmus quidem corpore tamen sanus mente loquela conscientia et intellectu pura, timens casum future mortis, et intestatus decedere<sup>(b)</sup>
- f. 1v nollens set potius de bonis meys diligenter disponere ut post mortem meam nulla questio vel controversia oriri posset et ut anime mee provideatur idcirco nuncupativum meum testamentum, quod iure civili dicitur sine scriptis coram Lello Pauli de Sorromanis et septem infrascriptis testibus ad hec vocatis et a me rogatis<sup>(c)</sup> personaliter constitutis facere curo in quo quidem meo testamento michi heredem universalem istituo ventrem Catherine uxoris mee si pregnians est et ad partum et lucem boni pervenerit cui ventri relinquo omnia bona mea mobilia et immobilia iura actiones [et] nomina preter infrascripta legata et relictas et si pregnians non esset aut partus ad lucem non pervenerit michi heredes
- f. 2r instituo tres pauperes Christi quibus et cuilibet ipsorum relinquo duos solidos pro quolibet itaque de bonis meis petere plus non possint. Item relinquo Catherine uxori mee dotem suam et et iura sua dotalia ac guarnimenta sua que recepi ab ea tempore contracti matrimonii inter me et ipsam et ultra dotem suam et iura sua dotalia predicta relinquo eidem Catherine uxori mee quinqueginta florenos auri ad rationem XLVII solidorum provisinorum pro quolibet floreno. Item relinquo ipsam Catherinam dominam et dominatricem ac usumfructuariam omnium bonorum meorum mobilium et immobilium dum honeste stare et vivere voluerit in domo mea et ad secunda vota non transiret. Item relinquo eidem Catherine uxori mee sedium et habitationem domus mee in qua habito modo quo supra
- f. 2v tantum et aliter vero. Item relinquo ecclesie Sancte Marie super Minervam medietatem cuiusdam domuncule Perne que est iunta cum alia medietate dicte ecclesie et est posita retro domum habitationis mee pro anima patris et matris meys et meorum et quod prior, fratres et conventus dicte ecclesie omni anno teneantur facere universarium<sup>(d)</sup> pro animabus predictis et celebrare tres missas in die quo faciunt universarium. Item relinquo pro missis cantandis pro animabus dominarum pauperum mulierum pregnantarum que mortue fuerunt in domo mea tempore anni iubillei proxime preteriti XXV florenos quos ego habui ab eis inter pecuniam raubam et alias res. Item relinquo pro missis cantandis pro anima olim domine Iacobe uxoris quondam Lomoli patris meys et noverche mee
- f. 3r decem libras provisinorum. Item relinquo pro missis cantandis et elemosinis dandis pauperibus pro anima mea XXV libras provisinorum. Item dico et absero in iudicio anime mee me debere recipere et habere a Petrutio Butii Iubillei de regione<sup>(e)</sup> VI florenos auri. Item facio constituisco et ordino meos et huius meys testamenti executores et fidey commissarios Andreotium fratris Nicolai de regione Colupne et Francischum Nicolai Truccholi notarium de regione Pinee, presentes et acceptantes et quemlibet ipsorum quibus do et concedo plenam licentiam et liberam potestatem omnia bona mea que post mortem meam reperirentur aprehendendum capiendum vendendum pretium recipiendum et a quocumque de tempore bonorum meorum recipiendum et de receptione
- f. 3v seu recipiendo renumptiando refutando et quietando ac omnia et singula faciendum que egomet aut quilibet heresmet facere possem seu possit pro dictis legatis et relictis persolvendis et donec dicta mea relictas et legata fuerunt adimpleta et satis facta dans et concedens eis et eorum cuilibet vim et nominatim heredes et hec est ultima mea voluntas et ultimum meum testamentum quod et quam semper et perpetuo ratum et ratam firmum et firmam habere volo quod et qua valere volo iure testamenti et si non valebit iure testamenti valeat saltem iure codicillorum valeant et valere volo iure donationis causa mortis et omnimodo et iure quo melius valere potest
- f. 4r casso vacuo irrito et anullo omne aliud meum testamentum codicillum donationis causa mortis et quascumque alias meas ultimas voluntatis per me actenus factas et per quecumque notarium scriptas et hoc est meum testamentum et hanc ultimam meam voluntatem volo ceteris prevalere.  
Actum in domo ipsius testatoris presentibus hiis testibus, scilicet Francischo Martini ortolano, Laurentio eius nepote, Iacobello Laurentii Iohannis Laurentii de regione<sup>(f)</sup> Campimartis, Aliocto fratris Nicolai de regione Colupne, Marco spatulatore de regione Pinee et Barthomeo Iohannis \*\*\*\*\*<sup>(g)</sup>

<sup>a)</sup> Depennato "et" <sup>b)</sup> Sul margine inferiore è annotato "P." (forse "completum") <sup>c)</sup> L'espressione che segue fino a "constitutis" è annotata nell'interlinea superiore e ad essa rimanda un segno di richiamo <sup>d)</sup> Così P <sup>e)</sup> Omesso il rione <sup>f)</sup> Depennato "Pinee" <sup>g)</sup> Resta uno spazio bianco corrispondente a 3 righe: è stato omesso il settimo testimone.

**2.****1391, febbraio 3**

- f. 4v In nomine Domini amen etc.<sup>(a)</sup> indictione XIII<sup>a</sup>, mense february die III<sup>o</sup>.  
In presentia mey notarii etc. Paulus carpentarius<sup>(b)</sup> olim de Urbeveteri et nunc de regione Sancti Eustachii, infirmus corpore mente quidem sanus et conscientia pura, timens casum future mortis quia nil certius mortis et nil incertius hora mortis, intestatus decedere nollens, idcircho hunc meum nuncupativum testamentum, quod iure civili dicitur sine scriptis facere procuravit sic dicens etc. in quo quidem meo testamento sibi heredem universalem istituuit ventrem Perne uxoris sue si pregnans esset et eius partus ad lucem pervenerit cui ventri relinquo omnia bona<sup>(c)</sup> sua mobilia et immobilia iura actiones et nomina preter infrascripta legata et relicta et si pregnans non esset aut partus ad lucem non pervenerit sibi heredes istituuit
- f. 5r duos pauperes Christi quibus et cuilibet ipsorum relinquo XII denarios provisinorum pro quolibet ipsorum et quod remaneant contenti et quod de bonis meis plus petere non possint. Item confessus<sup>(d)</sup> fuit se esse debitorem Paulo Paparonis de regione Sancti Heustachii decem ducatos quos michi mutuavit. Item relinquo ecclesie Santi Pantaleonis octo florenos de quibus debeat fieri unus calix pro anima quondam Blonde uxoris mee iam defunte. Item relinquo Nardo carpentario tres libras provisinorum et tres solidos. Item relinquo Francisco ortolano de regione Pinee tres libras et XII denarios. Item relinquit<sup>(e)</sup> quod emit a Iacobo Nutii Cole Coffi VIII<sup>or</sup> tabulas de aluccio et ipse debet recipere a me unum florenum et solidos XX residuum vero recipit et ipse debet dictas tabulas portare ad domum meam suis sumptibus et expensis. Item relinquo
- f. 5v et iubeo meum corpus seppelliri in ecclesia Sancte Marie super Minerbam de Urbe. Item relinquo ecclesie Sancti Pantaleonis pro iure trebellianice unum florenum. Item relinquo dicte ecclesie Santi Pantaleonis pro missis cantandis unum florenum. Item relinquo ecclesie Sancte Marie super Minerbam pro sepultura mea unum florenum et unum pro missis cantandis et pro exequio. Item relinquo quod si domus mee habitationis deberet vendi per aliquem quod vendatur Paulo Paparonis pro IIII<sup>or</sup> florenis minus quam aliis. Item relinquo Teulo Iuliani tres florenos in quibus sibi teneor. Item relinquo Perne uxori mee totum residuum<sup>(f)</sup> quod valeret id quod habeo ultra relicta per me facta; executores huius mey testamenti relinquo et constituio Petrutium Iohannis domini Iacobi de regione Pinee et Paulum Paparonis de regione Sancti Heustachii presentem quibus do plenam
- f. 6r licentiam etc. et istud est meum testamentum ultimum et mea ultima voluntas quod et quam volo ceteris prevalere.  
Actum in domo ipsius testatoris, presentibus hiis testibus, scilicet Francisco Nicolai olim de Urbeveteri fratre, Nicolao de Piperno, fratribus ordini predicatorum Sancte Marie super Minerbam, Iohannes Cecchi olim de Marerio et nunc de regione Campimartis, Petro Lelli Quatraccia, Iohanne Palutii Iohannis Panalfi de regione Sancti Heustachii, Bonoanno de Cafarellis, Palutio Cecchi Menacapo de regione predicta.

<sup>a)</sup> Qui è stato erroneamente inserito "In presentia mey notarii etc.", che trasferiamo, come di consueto, all'inizio del formulario successivo <sup>b)</sup> Depennato "de r" <sup>c)</sup> Depennato "mea" <sup>d)</sup> Corretto sul precedente "confiteor". <sup>e)</sup> Così P <sup>f)</sup> P "reliduum".

**3.****1391, febbraio 11**

- f. 6v Indictione XIII<sup>a</sup>, mense february die XI<sup>o</sup>.  
In presentia mey notarii etc. Paulus Paparonis regione Sancti Eustachii qui primo iuravit ad sancta Dey evangelia corporaliter manu tactis sacrosantis scripturis contra infrascripta omnia et singula non venire ratione sue minoris etatis XXV seu XX<sup>ti</sup> annorum nec qualibet alia ratione modo iure titulo sive causa nec restitutionis in integrum, aliquo tempore etc. ut executor testamenti et ultime voluntatis quondam magistri Pauli carpentarii olim de Urbeveteri et nunc de regione predicta, executorio nomine ut supra<sup>(a)</sup> sponte presentialiter et manualiter recepit et habuit in depositum nomine et ex causa depositi<sup>(b)</sup> a Petrutio Iohannis domini Iacobi de regione Pinee socio ipsius in dicta secutoria<sup>(c)</sup> et a domina Perna uxore dicti magistri Pauli
- f. 7r presente et deponente videlicet VIII florenos auri ad rationem XLVII solidorum provisinorum pro quolibet floreno, quos presentialiter et numeraliter habuit et recepit a dictis Petrutio executori predicto et dicta Perna uxore predicta, de quibus post ipsam receptionem etc. sese bene quietum contentum et pacatum vocavit et renumpiavit etc. quos VIII florenos promisit tenere et salvos facere etc. vel eos expendere pro anima quondam domine Blonde uxoris dicti magistri Pauli et de eisdem VII florenis fieri facere unum calicem argentey pro anima ipsius domine Blonde et dictum calicem assignare in ecclesia Sancti Pantaleonis de dicta regione presbitero dicte ecclesie qui nunc est vel per tempora erit et tempore quo factus erit calix predictus promisit dictus Paulus, nomine dicti Petri socii sui
- f. 7v facere eis fieri refutationem generalem de calice predicto presbitero dicte ecclesie qui nunc est et per tempora erit pro quibus etc. et obligavit etc. et promisit etc. et renumpiavit etc.  
Actum in ecclesia predicti Sancti Pantaleonis predicti, presentibus hiis testibus, scilicet Petro Paulo Mathei de regione Sancti Heustachii, Iohanne Cecchi de Marerio de regione Campimartiis, Pistalonto de regione Parionis.

<sup>a)</sup> Depennato "confessus sese habere et tenere" e sostituito dall'espressione che segue fino a "habuit" annotata nell'interlinea superiore <sup>b)</sup> Depennato "videlicet V" <sup>c)</sup> Così P.

**4.****1391, febbraio 11**

Eodem anno, mense, indictione, pontificatu et die et coram dictis testibus.

Presbiter Iohannes rector ecclesie Santi Pantaleonis predicti, nomine dicte ecclesie, sponte refutavit Petrutio et Paulo executoribus predictis de omnibus relictis factis per ipsum magistrum Paulum dicte ecclesie pro missis cantandis, pro iure sepulture et pro quocumque

- f. 8r alio iure sibi et dicte ecclesie competituro usque in presentem diem. Hanc autem refutatio fecit pro eo quod presentialiter et manualiter, nomine dicte ecclesie recepit et habuit duos florenos auri de quibus etc. et renumpiavit etc. et voluit quod ad maiorem cautelam conficerem publicum instrumentum pro quibus etc. obligavit etc. et promisit quod dictum ius spectat ad dictam ecclesiam et nemini per eum est vendita etc. Actum ut supra in dicta ecclesia, presentibus predictis testibus.

**5.****1391, settembre 13**

- f. 8v Indictione XV<sup>a</sup>, mense septembris die XIII<sup>o</sup>.

In presentia mey notarii etc. Iohannes Filippi de regione Campitelli sua bona propria et spontanea voluntate atque libero arbitrio non vi coactus nec dolo inductus vendidit et titulo venditionis dedit cessit et concessit<sup>(a)</sup> domino Andree Herami de Porcarii de regione Pinee, presenti ementi et recipienti et stipulanti nomine suo proprio et non nomine alicuius sue ecclesie vel dignitatis et pro suis heredibus et successoribus et cui vel quibus dare redere et concedere voluerit in perpetuum idest unam petiam terre sode sementaricie cum una vasca et tino infra se plus vel minus quanta est, positam extra portam Latinam in loco qui dicitur La Valle de Accia, inter hos fines, a duobus lateribus tenet

- f. 9r magister Laurentius Cecchi dello Mastro de regione Pinee, ab alio est rius<sup>(b)</sup> aque Apie, ante est via publica vel si qui etc.<sup>(c)</sup> salvo iure proprietatis ecclesie Sancti Laurentii de Moneççariis ad respondendum eidem ecclesia annuatim in festo Sancti Laurentii de mense agusti XVI solidos provisinatorum senatus et per Anthonium Fey accimatorem testem infrascriptum quem dictus venditor suum procuratorem constituit ad investiendum ipsum emptorem de terra predicta iuribus et pertinentiis suis investiri voluit et mandavit et donec fuerit investitum etc. ad quam possessionem adimplistendam dictus venditor eidem emptori plenam liberam et omnimodam facultatem cessit et amodo in antea ipsam terram propria auctoritate possit intrare etc.
- f. 9v vendidit etiam dictus venditor eidem emptori, presenti et stipulanti ut supra omnia iura sibi competentia in terra predicta et iuribus et pertinentiis suis etc. nullo iure nullaque actione in terra predicta nullatenus reservato. Hanc autem venditionem fecit dictus venditor dicto emptori, presenti et stipulanti pro pretio et nomine pretii XX florenorum quos dictus venditor presentialiter et manualiter a dicto emptore habuit et recepit, de quibus etc. et renumpiavit etc. et si plus dicta terra dicto pretio valeret dictus venditor dicto emptori, presenti et stipulanti ut supra, inter vivos donavit etc. et promisit dictus venditor dicto emptori, presenti et stipulanti ut supra, et michi notario recipienti pro eo, quod dicta terra est sua

- f. 10r et ad eum spectat et pertinet pleno iure et quod nulli alie persone est vendita etc. et si contrarium aliquo tempore<sup>(d)</sup> voluit dictus venditor dicto emptori teneri de evictione in forma<sup>(e)</sup> et promisit insuper dictus venditor facere consentire presbitero dicte ecclesie etc. promisit dictus venditor insuper dicto emptori, presenti et stipulanti ut supra, in premissis facere consentire dominam Iacobam uxorem suam etc. pro quibus etc. et obligavit etc.

Actum in regione Pinee, presentibus hiis testibus, scilicet Iohanne Francischo Iohannis Catini de Rogeriis, Paulo Nutii calsectario<sup>(f)</sup>, Anthonio Fey accimatore omnibus de regione Pinee ad predicta vocatis et rogatis.

<sup>a)</sup> Depennato "domina" <sup>b)</sup> Così P <sup>c)</sup> Depennato "et per Anthonium Fey accimatorem" <sup>d)</sup> Omesso "appareret" <sup>e)</sup> La lunga espressione che segue fino a "ecclesie" è stata annotata sul margine destro del foglio e ad essa rimanda un segno convenzionale <sup>f)</sup> Come sembra.

**6.****1391, settembre 13**

- f. 10v Eodem anno, pontificatu, mense, indictione et die et coram dictis testibus.

Domina Iacoba uxor Iohannis Felippi mercatoris de regione<sup>(a)</sup> Campitelli cum consensu et voluntate dicti Iohannis viri sui, presentis etc. que domina primo renumpiavit auxilio Velleiani senatus consultum quod est pro mulieribus introductum et omni suo iure dotis donationis propter nuptias alimentorum palaferrorum et omni alio iure quod circa<sup>(b)</sup> supradictam venditionem factam per dictum Iohannem virum suum de dicta terra petere posset sponte consensit et suum consensum prestitit in dicta venditione.

Actum ante domum dicte domine sitam in regione Campitelli.

<sup>A)</sup> Depennato "Pinee" <sup>b)</sup> Depennato "predicta infrascripta".

**7.****1391, settembre 13**

- f. 11r Indictione XV<sup>a</sup>, mense septembris die XIII<sup>o</sup>.

In presentia mey notarii etc. dominus Andreas Herami de Porcariis de regione Pinee suo proprio nomine et non nomine alicuius sue ecclesie beneficii vel dignitatis sua bona propria et spontanea voluntate et libero suo arbitrio<sup>(a)</sup> vendidit et venditionis titulo dedit cessit et concessit Iannolo Matheuli Infantis de regione Pinee, presenti et recipienti etc. medietatem integram unius petie terre sode cum vasca et tino infra se plus vel minus quanta est, posite in Valle Apie extra portam Latinam, infra hos fines, a duobus lateribus tenet magister Laurentius Cecchi dello Mastro de regione Ripe, ab alio est rius aque Apie, ante est via publica vel si qui etc.<sup>(b)</sup> respondendum XVI solidos provisinorum ecclesie Sancti Laurentii de Moneçariis in<sup>(c)</sup>

f. 11v festo dicti Sancti Laurentii salvo iure domini ad habendum tenendum fructificandum<sup>(d)</sup> etc. vendiditque etiam dictus dominus Andreas venditor eidem Iannolo emptori, presenti et stipulanti ut supra omnia iura etc. et per Anthonium Fey accimatorem, absentem voluit dictus venditor et in suum procuratorem instituit ad investiendum<sup>(e)</sup> ipsum emptorem de vinea predicta absque etc. promisit quod etiam dictus venditor eidem emptori quod dicta vinea est sua etc. Hanc autem venditionem fecit dictus venditor eidem emptori, presenti ut supra pro pretio et nomine pretii X florenorum auri ad rationem XLVII solidorum pro quolibet floreno quos X florenos dictus venditor a dicto

f. 12r emptore, presente et stipulante, habuit et recepit de quibus etc. et renumpsiavit etc. promisit etiam dictus venditor dicto emptori, presenti et stipulanti ut supra et michi notario recipienti pro eo quod dicta vinea est ipsius venditor et nemini est vendita etc. et promisit de evictione in forma, pro quibus etc. et obligavit etc. et renumpsiavit etc.

Actum in regione Pinee in apoteca ipsius Iannoli, presentibus hiis testibus, scilicet Paulo Lelli Butii Iohannis de Rubeys, Paulo Civitella de regione Pinee.

<sup>a)</sup> Depennato s <sup>b)</sup> Depennato “ad veram et mundam proprietatem” e sostituito con l’espressione che segue fino a “Moneçariis in” annotato sul margine inferiore del foglio <sup>c)</sup> Depennato “perpetuamque heredum liberam et exemptam ab omni censu servitutis” e sostituito con l’espressione che segue fino a “domini” annotato sul margine superiore del foglio <sup>d)</sup> P “fructandum” <sup>e)</sup> P “vestiendum”.

## 8. 1391, ottobre 1

f. 12v Indictione XV<sup>a</sup>, mense octobris die primo

In presentia mey notarii etc. domina Iacoba uxor Iohannis Mandi de regione Pinee cum consensu et voluntate dicti Iohannis viri sui, presentis etc.<sup>(a)</sup> que domina primo renumpsiavit etc. sponte refutavit Cole Vannicti de regione Campimartis, presenti et recipienti, omnia iura que habet dicta domina Iacoba contra dictum Colam pretestu et occasione cuiusdam instrumenti depositi continentem quantitatem XXII florenorum auri ut patet manu Iohannis Romani Casali, publici notarii et generaliter etc. Hanc autem refutationem fecit dicta domina dicto Cole, presenti ut supra, et michi notario recipienti pro eo quod presentialiter et manualiter recepit et habuit dicta domina a dicto Cola X florenos auri residuum confessa

f. 13r fuit se recepisse a dicto Cola, de quibus post ipsam receptionem sese bene quietam contentam et pacatam vocavit et renumpsiavit etc. et promisit etc. pro quibus etc. et obligavit etc.

Actum ante domum ipsius domine sitam in regione Pinee, presentibus hiis testibus, scilicet Cola Truccholi de regione Pinee et Petropaulo Cicchani de dicta<sup>(b)</sup> etc. ad predicta vocatis et rogatis.

<sup>a)</sup> Depennato “sua b” <sup>b)</sup> Omesso “regione”.

## 9. 1391, ottobre 1

f. 13v Eodem anno, mense, indictione, pontificatu et die et coram dictis testibus.

In presentia mey notarii etc. domina Iacoba uxor Iohannis Mandi de regione Pinee cum consensu et voluntate dicti Iohannis mariti sui, presentis et consensientis et que domina primo renumpsiavit etc. sponte refutavit et per pactum de ulterius non petendum remisit Iohanni Angiulelli magistri Iacobi olim de Carbio et nunc de regione Colupne, presenti et recipienti etc. omnia iura omnesque actiones etc. quas habet dicta domina contra dictum Iohannem pretestu et occasione instrumenti depositi scripti manu Sabbe Nicolai Iohannis Stefani publici notarii continentis quantitatis XXXVI florenorum auri et generaliter de omni eo quod petere posset dicta domina dicto Iohanni,

f. 14r presenti etc. dicta occasione vel quacumque alia usque in presentem diem. Hanc autem refutationem fecit dicta domina dicto Iohanni pro eo quod confessa fuit<sup>(a)</sup> se recepisse et habuisse dictos XXXVI florenos auri contentos ut supra, de quibus etc. et renumpsiavit etc. promisitque dicta domina eidem Iohanni, presenti ut supra, et michi notario recipienti pro eo quod dicta iura sunt sua et nemini sunt vendita etc. et promisit etc. et renumpsiavit etc. pro quibus observandis obligavit dicta domina eidem Iohanni omnia bona sua etc.

Actum in regione Pinee, ante domum dicte domine<sup>(b)</sup>, testibus supradictis.

<sup>a)</sup> Depennato “est ut” <sup>b)</sup> Depennato “presentibus hiis”.

**10.****1391, ottobre 2**

- f. 14v Indictione XV<sup>a</sup>, mense octobris die secundo.  
In presentia mei notarii etc. domina Catherina uxor quondam Lelli della Ceca de regione Pinee et nobilis vir Butius Pauli Capoccia de Capoccinis de regione predicta ut executores testamenti dicti quondam Lelli, eorum bonis propriis et spontaneis voluntatibus, refutaverunt et per pactum de ulterius non petendum remiserunt Nicolao de Porcariis de regione Pinee, presenti et recipienti vice et nomine domine Cecche uxoris Santi de regione Montium, omnia iura quas habent contra dictam dominam seu contra dictum Santum occasione cuiusdam instrumenti depositi continentis quantitatem VIII florenorum scripti manu Petrutii Iohannis Pauli publici notarii et generaliter etc. Hanc autem refutationem fecerunt dicta domina Catherina et
- f. 15r dictus<sup>(a)</sup> executores predicti pro eo quod presentialiter et manualiter habuerunt et receperunt a dicto Nicolao nomine suo<sup>(b)</sup> solvente IIII<sup>or</sup> florenos auri, residuum vero usque in quantitatem predictam<sup>(c)</sup> confessi fuerunt sese recepisse, de quibus etc. et renumpsiavit etc. et promiserunt quod dicta iura spectant ad eos tamquam executores predictos pleno iure et quod nemini per eos nec per dictum quondam Lellum sunt vendita etc. et voluerunt etc. pro quibus etc. et obligaverunt etc. et renumpsiaverunt etc. et<sup>(d)</sup> promiserunt etc.  
Actum in ecclesia Sancte Marie super Minerbam presentibus hiis testibus, scilicet Iacobo Iohannis Andree de regione Colupne et Nutio Teti notario de regione Pinee ad predicta vocatis et rogatis etc.
- a) P “dicti” b) Depennato l’erroneo segno convenzionale di r annotato sopra il pronome, inoltre è stata omessa la necessaria cancellatura di x c) P “predictum” d) Depennato “pro”.

**11.****1391, ottobre 6**

- f. 15v Indictione XV<sup>a</sup>, mense octobris die V<sup>to</sup>.  
In presentia mei notarii etc. Petrutius Mathiotii Iohannis Iacobi dictus alias Pierfico ferrarius de regione Pinee sua bona propria voluntate confessus est se habere in depositum nomine et causa depositi a Paulo Mancini de regione Pinee octo florenos et solidos XVIII provisinorum quos presentialiter et manualiter habuit et recepit a dicto Paulo, de quibus etc. et renumpsiavit etc. quos promisit tenere et salvos facere etc. quod VIII florenos et solidos XVIII provisinorum promisit reddere et restituere eidem Paulo in pecunia numerata ad omnem petitionem ipsius Pauli, pro quibus etc. et obligavit etc. et renumpsiavit etc.  
Actum in regione Pinee ante domum ipsius Petrutii, presentibus Cola Antonii calsectario et Marcosso tubatore de regione Pinee ad predicta vocatis et rogatis.

**12.****1391, ottobre 8**

- f. 16r Indictione XV<sup>a</sup>, mense octobris die VIII<sup>o</sup>.  
In presentia mei notarii etc. Lucas Cecchi Cafari de regione Pinee sua bona et propria et spontanea voluntate refutavit et per pactum de ulterius non petendo remisit Paulo Marci de regione Pinee dicto alias Luccho, presenti et recipienti pro se suisque heredibus et successoribus omnia iura omnesque actiones iustitias et petitiones reales et personales vel quas dictus Lucas habet nunc et in futurum, habere potest pretestu et occasione cuiusdam instrumenti depositi continentis quantitatem decem florenorum auri, scripti manu Petri Pauli de Astallis publici notarii et generaliter omnia iura que habet dictus Lucas contra dictum Luccho quacumque occasione usque in presentem diem. Hanc autem refutationem fecit dictus Lucas dicto Luccho
- f. 16v pro eo quod dictus Lucas confessus est sese habuisse et recepisse a dicto Luccho dictos X florenos et depositum predictum, de quibus post ipsam receptionem sese bene quietum contentum et pacatum vocavit et renumpsiavit exceptioni non solutorum non numeratorum dictorum X florenorum et pro eo quod dictus Lucas confessus est sibi esse per dictum Luccho integre satisfactum promisit dictus Lucas quod dicta iura sunt ipsius Luce et nemini sunt vendita pro quibus etc. et obligavit etc.  
Actum ante domum Laurentii de Serromanis sitam in Via Recta, presentibus hiis testibus, scilicet Vergorio Iannocti Scandrilglia, Petrutio Iohannis Iacobi et Iohanne Cecchi Scorsolini de Paparonibus ad predicta vocatis et rogatis etc.

**13.****1391, ottobre 8**

- f. 17r Indictione XV<sup>a</sup>, mense octobris die VIII<sup>o</sup>.  
In presentia mei notarii etc. Cum inter Christofanus Mandi de regione Pinee, ex una parte et Cola çannelle de regione Pontis, ex alia, habeant unam vineam communem inter eorum XI petiarum inter vites et arbores et terram sodam positam in Monte Mare ut suis finibus terminatur et velint ipsam vineam declarate cuius debeat esse devenerunt ad pactum infrascriptum videlicet quod dictus Christofanus debeat dictam vineam tenere et laborare et dictus Cola tenere solvere dicto Christofano XXXIII<sup>or</sup> florenos quos dictus Christofanus solvit magis quam dictus Cola et dictus<sup>(a)</sup> Christofanus cum dictis XXXIII<sup>or</sup> florenis dictam vineam laborare dum dicti denarii<sup>(b)</sup> durant et si ultra

f. 17v expenderit dictus Christofanus et dicta vinea quod vadant communiter inter eos et sic remanserunt contenti et pro quibus etc. et obligaverunt etc. et renumpsiaverunt etc.  
Actum in porticali quod fuit quondam Laurentii de Omniadeys in regione Pinee, presentibus Alterio Coradutii spetiario et Angelo Vannis de regione Pontis.

a) Depennato “Cola” b) Così P.

**14.**

**1391, ottobre 22**

f. 18r Indictione XV<sup>a</sup>, mense octobris die XXII<sup>o</sup>.  
In presentia mey notarii etc. Cecchus Santus filius quondam Stopposi de regione Trivii qui primo iuravit etc. sponte se et suas operas et jornatas plativit et locavit cum Iacobo Cole Iohannis Iacobi de regione Pinee calulario ad calsolariam pro uno anno incipiendo die XXIII<sup>o</sup>(a) mensis septembris proxime<sup>(b)</sup> preteriti et finiendi ut sequitur pro pretio XXIII florenos anno quolibet et pro dicto tempore de quibus nunc dictus Cecchus habuit a dicto Iacobo XII florenos, residuum vero promisit dictus Iacobus solvere ad omnem petitionem ipsius Cecchi, pro quibus etc. et obligavit etc.  
Testes: Stefanus Petri olim de Luccha et nunc de regione Sancti Heustachii et Antonius Colutie Mee de regione Pinee.

a) Depennato “dicti” b) Depennato “et”.

**15.**

**1391, ottobre 29**

f. 18v Indictione XV<sup>a</sup>, mense octobris die XXIII<sup>o</sup>.  
In presentia mey notarii etc.  
Butius Capucie de regione Pinee sua bona voluntate non renovando suos procuratores nec gesta per eos sed potius confirmando constituit suum procuratorem Nicolaum de Montanariis notarium de regione Trivii, presentem etc. ad omnes suas lites etc. ad comparandum coram dominis comprivatis ad acceptandum et renumpsiandum pro dicto Butio quicquid pro dicto Butio erit necessarium et oportunum etc. et generaliter etc. relevans etc. et promisit etc. dans potestatem etc.  
Testes: Loyscius de Sancto Heustachii, Laurentius de Serromanis [et]\* Palutius Petri Guictonis [omnes]\* de regione Pinee.

**16.**

**1391, ottobre 31**

f. 19r Indictione XV<sup>a</sup>, mense octobris die ultimo.  
Nos Iacobellus Panisgallina notarius de regione Pinee arbiter et arbitrator etc. inter Paulum Mancini de regione Pinee, ex una parte et Tutium Anthonii Cacchi, ex alia, ut de compromisso in nos facto scripto manu Colutie Symeonis publici notarii plenius continetur de omni eo quod petere posset dicte partes occasione infrascriptorum in primis occasione tertie partis venditure<sup>(a)</sup> duarum vegetum vini cossi venditi per dictum Tutium in domo Rentii ferrarii petitarum per dictum Paulum dicto Tutio et per dictum Tutium dicto Paulo. Item et occasione tertie partis expensarum factarum per dictum Tutium in taberna Iacobelli Panisgallina in venditione vinis communis inter dictos Paulum Tutium et Iacobellum. Item et occasione superflui  
f. 19v duorum barilium vini predicti venditi per ipsum Tutium pretio quinque solidos per pro<sup>(b)</sup> et generaliter etc. ut de dicto compromisso in nos facto plene constat inde viso dicto compromisso etc. Christi nomine invocato seddens pro tribunali in quodam podio domus Petri della Sassara in hiis scriptis sententialiter arbitramur etc. videlicet quod de tribus libris et solidis datis<sup>(c)</sup> per Ceccholinum nobis Iacobello predicto pro tertia parte vendetur predictae pro Paulo Mancini quod dictus Paulus restituat eidem Tutio XX solidos provisinorum. Item quod dictus Paulus teneatur et debeat solvere pro tertia parte expensarum predictarum eidem Tutio VII libris provisinorum et solidos VI et denarios VIII. Item quod dictus Tutius debeat solvere eidem Paulo VIII<sup>o</sup> libras provisinorum senatus hinc per totum diem dominicum  
f. 20r que VIII<sup>o</sup> libre sunt pars duorum petictorum vini promissorum per dictum Tutium eidem Paulo per quolibet barile vini a predictis omnibus et singulis ipsum Tutium et Paulum absolvimus et quod supradictis omnibus adimpletis per ipsas partes teneantur facere refutationem generalem etc. et hoc arbitramur etc.  
Actum ante domum predictam, presentibus hiis testibus, Tutio Nutii Nutis<sup>(d)</sup>, Meulo Tutii Matii et Cassio de regione Pinee etc.

a) Così P b) Forse è una unità di misura? c) Ripetuto “datis” d) Così P.

**17.**

**1391, dicembre 5**

f. 20v Indictione<sup>(a)</sup> XV<sup>a</sup>, mense decembris die V<sup>o</sup>.

In presentia mey notarii etc. domina Catherina uxor Butii Ratini de regione Pinee cum consensu dicti Butii viri sui, presentis etc. sponte constituit suos procuratores Paulum de Serromanis notarium de regione Pinee, Nicolaum de Montanariis de regione Colupne, absentes etc. et dictum Butium virum suum presentem ad omnes suas causas quas habet cum filia Anthonii Galglioffi cum uxore<sup>(b)</sup> et cum dicto Anthonio et generaliter etc. relevans etc. promisit etc. pro quibus etc. et obligavit etc.

Testes: Paulus Marci dictus Luccho de regione Pinee, Iohannes Petri Santi de regione Colupne.

<sup>a)</sup> Depennato “pri” <sup>b)</sup> Così P.

**18.**

**1391, dicembre 15**

f. 21r

Indictione XV<sup>a</sup>, mense decembris die XV.

In presentia mei notarii etc. domina Palotia filia quondam Iohannis de Petescia de regione Pinee et nunc uxor Iacobi Rubey Pauli Rubey de regione Campimartis sponte donavit dotem suam et iura sua dotalia ac bona parafernaria ipsius Palotie que habuit in bonis remanserunt (?) in hereditate quondam dicti Iohannis patris sui domine Catherine matri sue reservato usufructu<sup>(a)</sup> toto tempore vite ipsius Palocie. Hanc autem donationem fecit dictam Palotiam ob amorem et dilectionem que et quam habet in dictam matrem suam et promisit etc. et renumpiavit etc.

Actum in ecclesia Sancte Marie super Minerbam, presentibus hiis testibus, fratri<sup>(b)</sup> Raynerio de Pisis, fratri Arcangilo de Viterbio ordinis predicatorum, Paulo de Serromanis<sup>(c)</sup>.

<sup>a)</sup> Depennato “dot” <sup>b)</sup> Così P <sup>c)</sup> Seguono in bianco i ff. 21v, 22r e v, 23r e v, 24r e v, 25r e v, 26r e v, 27r e v, 28r e v numerati fino alla fine del protocollo. Altri due fogli pure in bianco sono stati tagliati per due terzi sul lato destro dall’alto in basso. Nel f. 26v è stato annotato da un antico archivista “1391 sine nomine”. Nello stesso volume, in occasione di una rilegatura pergaminacea moderna è stato unito erroneamente un quaderno del 1398 (marzo 10-aprile 25) che va invece aggiunto in calce al vol. 4 come è stato fatto nella ricostruzione della presente edizione critica.



1.

1397, dicembre 31

- f. 1r In nomine Domini amen. Anno Domini millesimo III<sup>o</sup>LXXXVIII pontificatus domini Bonifatii pape noni, indictione VI<sup>a</sup>, mense decembris die ultimo.  
In presentia Laurentii dicti alias Farfarella notarii et mey notarii et testium subscriptorum ad hec specialiter vocatorum et rogatorum, nos Ubertus de Novaria legum doctor arbiter arbitrator et amicabile compositor et communis amicus electus et assumptus et ordinatus a Petro Mancino notario de regione Montium procurator scyndicus et persona legitima abatisse monialium capituli et conventus venerabilis monasterii Sante Angnetis extra muros Urbis<sup>(a)</sup> ut de dicta procuracione patet manu supradicti Laurentii publici notarii, ex parte una, et circuspectum iuvenem Anthonium Nicolai de Porcariis de regione Pinee, ex alia<sup>(b)</sup>, de<sup>(c)</sup> et super omni lite<sup>(d)</sup> que
- f. 1v esset vel esse posset inter dictas partes pretestu et occasione cuiusdam locationis facte per ipsas dominas abatissam moniales capitulum et conventum dicti monasterii Sancte Angnetis cum sollempnitatibus in ipsa locatione contentis dicto Anthonio tunc presenti et stipulanti de quodam casali ipsius monasterii quod vocatur lo Casale de mesa via de Marini vel aliter lo Casale de donna Cilenda cum toto suo tenimento iuribus et pertinentiis suis cum omnibus suis usibus utilitatibus pertinentiis suis cum omnibus suis usibus utilitatibus pertinentiis et adiacentiis universis quod casale cum suo tenimento positum est extra portam Sancti Iohannis Lateranensis in partibus Latii \*\*\*<sup>(e)</sup>
- a) Depennato “habens ad” b) Depennato “agnioscientes” c) Depennato “dicta” e annotato nell’interlinea superiore l’espressione che segue fino a “omni”. d) Depennato “et questione vertenti et” e) L’atto è interrotto: segue in bianco il terzo inferiore del foglio e seguono ancora in bianco i ff. 2r e v, 3r e v, 4r.

2.

1398, gennaio 4

- f. 4v Indictione VI<sup>ta</sup>, mense ianuarii die III<sup>to</sup>.  
In presentia mey notarii<sup>(a)</sup>, Laurentii dicti alias Farfarella notarii etc. infrascriptorum etc.<sup>(b)</sup> Petrus Mancino notarius de regione Montium procurator et persona legitima et scyndicus<sup>(c)</sup> abbatisse et monialium monasterii Sancte Angnetis extra muros Urbis, ex parte una, ut de dicta procuracione patet manu Laurentii dicti Farfalla notarii, presentis et fidem facientis, et Anthonius Nicolai de Porcariis de regione Pinee, qui iuravit etc., ex parte altera, sponte compromiserunt in nobiles viros Butium de Capoccinis de regione Pinee et Palutium Petri Macthei de regione Campitelli etc., absentes etc. tamquam in eorum arbitros etc. de omni lite etc. que est inter ipsas partes pretestu omnium dampnorum et interesse petiti per dictum Anthonium eisdem dominabus occasione sententie late contra dictas dominas per sapientem virum dominum Ubertum de Novaria legum doctor arbitrum inter dictas partes. Item et occasione expensarum huiusdem factarum et generaliter etc. ad que dampna
- f. 5r et interesse dixit dictus Petrus dictas dominas non teneri et dictus Anthonius dixit dictas dominas teneri et obligate essent eidem Anthonio etc. ad dicta dampna et interesse secundum formam dicte sententie late per supradictum dominum Ubertum scriptum manu nostrorum notariorum etc. dantes<sup>(d)</sup> et concedentes dicte partes quelibet ipsarum dictis eorum arbitris plenam licentiam et liberam potestatem<sup>(e)</sup> summarie et de facto procedendo diebus ferriatis etc. et de iure sine debito terminando cum consilio sapientium etc. et promiserunt omni arbitrium laudum sententiam seu diffinitionem quod quam seu que descenderet seu descenderent ex hoc compromisso ratum et ratam gratum et gratam firmum et firmam habere et tenere promiserunt etiam in nullo contrafacere vel venire sub pena et ad penam C florenorum auri stipulata dicta pena per medietate camere
- f. 5v Urbis et pro alia medietate parti fidem servantis etc. et michi notario presenti et recipienti vice et nomine omnium quorum interest vel interesse poterit quemlibet in futurum etc. pro quibus omnibus observandis et pleniter adimplendis dicte partes ad alterutrum, videlicet dictus Anthonius dicto Petro presenti et stipulanti vice et nomine dicti monasterii et dominarum obligantium omnia bona sua mobilia et immobilia, presentia et futura etc. et dictus Petrus, procurator predictus procuratorio nomine quo supra obligavit dicto Anthonio, presenti et stipulanti ut supra, omnia et singula bona dicti monasterii mobilia et immobilia presentia et futura etc. renumpiantes in hiis dicte partes pro se ipsis et quibus supra nominibus ad alterutrum feriis et diebus feriarum legi cedo bonis beneficio fori de duobus vel pluribus reis de vendendo etc. et voluerunt pro predictis posse cogi et compelli etc.  
Actum in sala Capitolii ubi ius redditur, presentibus hiis testibus, scilicet Paulo de Seromanis<sup>(f)</sup> regione Pinee, domino Iohanne de Ficociis priore Sancte Prisce et Iohanne Cardello de regione Parionis.
- a) L’espressione che segue fino a “infrascriptorum etc.” è stata annotata nell’interlinea superiore e ad essa rimanda un segno di richiamo b) Ripetuto etc. c) Depennato “monasterii” d) Depennato “pot” e) Depennato “arbitrandi et” c) Omesso “de”.

**3.****1398, gennaio 4**

f. 6r

Indictione VI<sup>ta</sup>, mense ianuarii die III<sup>lo</sup>.

In presentia mey notarii etc. Nobiles viri Butius Pauli de Capoccinis de regione Pinee et Palutius quondam Petri Mathey de regione Campitelli arbitri arbitratores etc. absumpti positi et ordinati a nobili viro Anthonio Nicolay de Porcariis de regione Pinee, ex una parte, et Petro Mancino notario, de regione Montium procuratore scyndico et persona legitima abatisse monialium capituli et conventus venerabilis monasterii Sancti Angnetis extra muros Urbis, ex parte altera etc. occasione in compromisso in nos facto scripto manu<sup>(a)</sup> mey et Laurentii dicti alias Farfarella publicorum notariorum contento etc. sedentes pro tribunali in podiis lovi<sup>(b)</sup> dicti Butii, siti in regione Pinee deputaverunt eorum et dicte cause notariorum Leonardum Alexii Impoccia notarium de regione Campitelli, absentem etc. cui dederunt potestatem quod posset recipere omnia acta testes examinare et omnia alia facere in absentia dictorum arbitratorum usque sententiam inclusive etc. et prefixerunt terminum octo dierum ad probandum et probatione habendum velque parti, presente dicto Anthonio et absente dicto Petro Mancino etc.

Actum in loco predicto, presente Marco Butii de Capoccinis et Dominico de Cioptis testibus ad predicta vocatis et rogatis.

<sup>a)</sup> Depennato "Lelli" <sup>b)</sup> P "Iuvii".

**4.****1398, gennaio 6**

f. 6v

Indictione VI<sup>ta</sup>, mense ianuarii die VI.

In presentia mei notarii etc. religiosus vir dominus frater Petrus Goclioli de Campofloris ordinis fratrum predicatorum penitensarius domini nostri Pape, suo proprio nomine et non nomine alicuius sui beneficii seu dignitatis cum consensu presente (?) et voluntate nobilis viri Sabbe Nicolai Iohannis Stefani notarii de regione Pinee presentis et consensientis et qui renumpiavit omnibus suis iuribus que haberet in infrascripta vinea quocumque modo iure titulo sive causa etc. et ut scyndicus et procurator monasterii Sanctorum Bonifatii<sup>(a)</sup> et<sup>(b)</sup> Alexii infrascriptorum etc. sponte vendidit et venditionis titulo dedit cessit et concessit Golino Iohannis Marci dicto Lavoreccio de regione Sancti Angeli, presenti et recipienti et legitime stipulanti pro se suisque heredibus et successoribus etc. idest duas petias vinee, videlicet vitum arborum fructiferorum et infructiferorum in eis existentium cum medietate vasche vascalis et tini et cum canneto infra se cum introytibz et exitibus suis que posita est extra portam Sancti Pauli in proprietate Sanctorum Bonifatii et Alexii in loco seu contrada que dicitur lo Pavilglione cui ab uno latere tenet dictus dominus penitensarius<sup>(c)</sup> quondam canneto mediante, ab alio tenent res Iohannis Buscani iure proprietatis dicte ecclesie, desuper tenet via vel si qui etc. ad habendum tenendum etc. per Sabbam Nicolai Iohannis Stefani predictum, presentem, quem suum procuratorem constituit ad investiendum dictum emptorem de dicta vinea vendita etc. et donec fuerit investitum etc. Hanc autem venditionem fecit pro pretio et nomine pretii XXVIII florenos auri ad rationem XLVII solidos pro quolibet floreno, de quibus presentialiter et numeraliter recepit XIII florenos, residuum confessus fuit recepisse, de quibus etc. et renumpiavit etc. pro quibus etc. et obligavit etc. et promisit etc. et si plus valeret etc.

f. 7r

<sup>a)</sup> Il nome è stato annotato nell'interlinea superiore. <sup>b)</sup> Omessa la congiunzione. <sup>c)</sup> Depennato "ab".

**5.****1398, gennaio 6**

f. 7v

Eodem<sup>(a)</sup> anno, mense, indictione, pontificatu et die.

In presentia mei notarii etc. Golinus Iohannis Marci dictus Lavoreccio de regione Sancti Angeli sponte<sup>(b)</sup> presentialiter et numeraliter habuit et recepit in depositum a religioso viro domino Petro Goccioli de Campo Floris, presente etc. idest XIII<sup>or</sup> florenos auri ad rationem XLVII solidorum provisinarum pro quolibet floreno, de quibus post ipsam receptionem se bene quietum vocavit etc. et renumpiavit etc. quos promisit tenere et salvos facere etc. et eos restituere promisit tempore vendemiarum proxime futurarum cum omnibus dampnis etc. pro quibus etc. renumpiavit etc. et obligavit etc.

Actum in regione Pinee in porticali Venetiarum, presentibus Paulo, Laurentio et Sabba de Serromanis de regione Pinee et fratre Cola Aiuti canonico supradicti monasterii.

<sup>a)</sup> Depennato "indictione" <sup>b)</sup> Depennato "confessus".

**6.****1398, gennaio 7**

f. 8r

Indictione VI<sup>ta</sup>, mense ianuarii die VII<sup>o</sup>.

In presentia mey notarii etc. nobiles vir Raynonus quondam Christofani Raynonis de regione Sancti Heustachii sua bona voluntate vendidit et venditionis titulo dedit cessit et concessit Petrutio, Palutio et Nardolo germanis fratribz filiis Iohannis Nardi de Porcariis de regione Pinee, presentibus etc. et cuilibet

ipsorum, idest unam domum<sup>(a)</sup> terrineam et solaratam<sup>(b)</sup> cum<sup>(c)</sup> salis cameris in ea existentibus, et cum<sup>(d)</sup> puteo infra se et orto post se et cum quodam turri super se et cum introytibus et exitibus suis ad veram et mundam proprietatem perpetuamque hereditatem etc. que posita est in regione Pinee in parrochia Sanctorum XL, infra hos fines, ab uno latere tenet<sup>(e)</sup> Cola de Porcariis, ab alio tenet domus que olim fuit Poni que nunc fuit Laurentii de Serromanis de regione Pinee, retro sunt ortus domini Andree de Porcariis ortus dicte ecclesie et ortus Saxorum, ante est via publica vel si qui etc. ad habendum

f. 8v et tenendum etc. et per Laurentium Iohannis de Rogeriis de regione Pinee licet absentem tamquam presentem quem dictus venditor suum procuratorem constituit et donec fuerit investitus etc. ad investiendum dicto emptori etc. de domo predicta etc. vendidit etiam dictus venditor eisdem emptoribus<sup>(f)</sup> etc. omnia iura omnesque actiones etc. Hanc autem venditionem fecit dictus Raynonus venditor eisdem emptoribus pro pretio et nomine pretii centum L florenorum auri ad ratione XLVII solidorum pro quolibet floreno quos presentialiter et manualiter habuit et recepit etc. de quibus etc. et renumpiavit etc. pro quibus etc. promisit etc. obligavit etc.

Actum in loco capitularii ecclesie Sancte Marie super Minerbam, presentibus hiis testibus, domino Andrea de Porcariis, Anthonio Cacchi et Andrea filio dicti Anthonii de regione Pinee etc.

<sup>a)</sup> P “domus” <sup>bc)</sup> P “solaratam” <sup>d)</sup> Depennato “orto et” <sup>e)</sup> Depennato “heredes quondam” <sup>f)</sup> Depennato “v”.

**7. 1398, gennaio 8**

f. 9r Indictione VI<sup>ta</sup>, mense ianuarii die VII<sup>o</sup>.  
Constitutus personaliter Iohannes merciarius de regione Montium sponte recepit terminum in forma, videlicet per totum odiernum diem VII libras<sup>(a)</sup> et tres florenos hinc ad festum Sancti Spiritus et tres florenos per totum presentem mensem ad dandum Dominico apparechiatori de regione Arenule etc.

<sup>a)</sup> Come sembra.

**8. 1398, gennaio 7**

Indictione VI<sup>ta</sup>, mense ianuarii die<sup>(a)</sup> VII<sup>o</sup>.  
In presentia mey notarii etc. supradictus Laurentius Iohannis Rogerii investivit dictos emptores de dicta domo etc. cum iuribus et pertinentiis suis etc. omni meliori modo etc. imponendo in singnum vere possessionis de terra domus predictae in manibus et sinu dictorum emptorum etc. claudendo et aperiendo hostia dicte domus etc.

Testes: Anthonius Nicolai de Porcariis [et]\* Andreas Anthonii Cacchi [ambo]\* de regione Pinee.

<sup>a)</sup> Depennato “VI<sup>lo</sup>”.

**9. 1398, gennaio 11**

f. 9v Indictione VI<sup>ta</sup>, mense ianuarii die XI.  
In presentia mei notarii etc. Laurentius Pirrocti calcularius de regione Pinee et Paulus Guarini de regione Montium<sup>(a)</sup> sponte compromiserunt in Franciscum calcularium de regione Colupne, absentem etc. de omni lite etc. \*\*\*<sup>(b)</sup>

Actum ante domum dicti Laurentii, presentibus hiis testibus, scilicet Agapito tabernario et Meulo Maccio de regione Pinee.

<sup>a)</sup> Depennato “ex” <sup>b)</sup> Segue uno spazio bianco corrispondente a 10 righe.

**10. 1398, gennaio 15**

f. 10r Indictione VI<sup>a</sup>, mense ianuarii die XV.  
Nos Franciscus calcularius de regione Colupne arbiter inter Laurentium Pirrocti de regione Pinee, ex una parte et Paulum Guarini de regione Montium, ex alia, ut de compromisso in nos facto patet manu mey notarii Christi nomine invocato pro bono pacis et concordia dictarum partium arbitramur sedens pro tribunali in quodam lapide sita ante domum Martini Veri de regione Pinee, quod dictus Paulus debeat restaurare et servire eidem Laurentio LX dies et dictus Laurentius teneri eidem Paulo solvere pro qualibet die dietorum dictorum LX dierum IIII<sup>or</sup> solidos cum dimidio et pro eo quod dictus Paulus non portavit aliquando ad candelas de sero et pro expensis factis quod dictus Paulus tenetur servire eidem Laurentio tribus diebus sine aliqua mercede<sup>(a)</sup> et predicta dicimus etc.

Testes: Martinus Santi Veri [et]\* Iacobus canicator [ambo]\* de regione Pinee<sup>(b)</sup>.

<sup>a)</sup> Depennato “ante festum etc.” <sup>b)</sup> Segue il f. 10v bianco.

- 11.** **1398, gennaio 19**
- f. 11r Indictione VI<sup>ta</sup>, mense ianuarii die XVIII.  
 In presentia mei notarii etc. Iohannes Pacca spetiarius de regione Colupne, ex una parte, et Cola Mastrone spetiarius de regione Sancti Angeli, ex alia, sponte compromiserunt in Alterium spetiarium de regione Pinee, presentem etc. et Iacobum Iohannis Raynerii de regione Colupne, absentem etc. de omni lite etc. que est inter ipsas partes pretestu cuiusdam apotece et spetiarie et massaritie spetiarie facte per dominam Iohannam uxorem dicti Iohannis dicto Cole, scripture manu Cole Nutii Sabbe publici notarii etc. et generaliter etc. dantes potestatem etc. et promiserunt etc. ad penam C florenorum auri stipulatam etc. duraturum tribus diebus etc.  
 Testes: Bone<sup>(a)</sup> quondam Mathutii domini Frede de regione Arenule, Lellus Filippi spetiarius de regione Sancti Angeli.
- <sup>a)</sup> Così P.
- 12.** **1398, gennaio 19**
- f. 11v Indictione VI<sup>ta</sup>, mense ianuarii die XVIII.  
 In presentia mei notarii etc. Cola Cecchi Sellecte de regione<sup>(a)</sup> Montium sponte vendidit Sabbe de Serromanis de regione Pinee XXII ruba<sup>(b)</sup> lane carfangine fine posita in domo dicti Sabbe omnibus sumptibus et expensis dicti Cole quam promisit dare et assignare eidem Sabbe per totum mensem aprilis proxime futurum etc. Hanc autem venditionem fecit dictus Cola eidem Sabbe, presenti ut supra pro pretio et nomine pretii duorum florenorum auri rubo<sup>(c)</sup> quolibet quod totum dictum pretium<sup>(d)</sup> ascendit ad summam et quantitatem XLIII florenorum auri ad rationem XLVII solidorum pro quolibet floreno, quos XLIII florenos presentialiter et numeraliter recepit et habuit dictus Cola, de quibus etc. et renumpsiavit etc. pro quibus etc. obligavit etc. et renumpsiavit etc.  
 Actum in domo habitationis dicti Cole, presentibus Iohanne olim de Urbeveteri et nunc de regione Campimartis et Vico Francisci merciaro de regione Montium et Lello Matherolo<sup>(e)</sup> de castro Mareni testibus ad predicta vocatis.
- <sup>a)</sup> Depennato "Pinee" <sup>b)</sup> P "rubia" e così di seguito <sup>c)</sup> Così P <sup>d)</sup> Depennato "quod" <sup>e)</sup> Così P.
- 13.** **1398, gennaio 20**
- f. 12r Indictione<sup>(a)</sup> VI<sup>ta</sup>, mense ianuarii die XX<sup>o</sup>.  
 In presentia mei notarii etc. Certioratus Anthonius Nicolai de Porcariis de regione Pinee de quadam venditione facta per dominam Tutiam \*\*\*<sup>(b)</sup>
- <sup>a)</sup> L'atto che segue è stato depennato <sup>b)</sup> Il formulario è stato interrotto e l'atto è stato depennato.
- 14.** **1398, gennaio 19**
- f. 12v Indictione VI<sup>ta</sup>, mense ianuarii die XVIII.  
 In presentia mei notarii et testium subscriptorum etc. Petrus Mancino notarius de regione Montium procurator yconomus et persona legitima abatisse monialium capituli et conventus venerabilis monasterii Sancte Angnetis extra muros Urbis ut de dicta procuratione patet manu Laurentii Andree Omniasanti dicti Farfarella publici notarii, ex parte una, et nobilis vir Anthonius Nicolai de Porcariis de regione Pinee, ex alia, sponte prolongaverunt compromissum per dictas partes factum in nobiles viros Butium Pauli Capucie de Capoccinis de regione Pinee et Palutium Petri Mathey de regione Campitelli presentes etc.  
 cum omnibus articulis occasionibus particulis et tenoribus contentis in compromisso in eos facto scripto manu Laurentii Andree Omniasanti<sup>(a)</sup> et mey Lelly notariorum de dicto compromisso rogato per totum diem iovis<sup>(b)</sup> XXXIII<sup>tum</sup> diem dicti mensis etc. et promiserunt dicte partes<sup>(c)</sup> michi notario etc. pro quibus dictus Petrus procurator predictus obligavit omnia bona dicti monasterii mobilia et immobilia, presentia et futura etc. et dictus Anthonius obligavit omnia bona sua etc. et renumpsiaverunt dicte partes et quelibet ipsarum pro se et quibus supra nominibus omnibus legibus et statutis quibus posset venire contra presentem<sup>(d)</sup> prolongationem compromissi etc. et voluerunt etc.  
 Actum in regione Campitelli ante lovium<sup>(e)</sup> scyndici Romani populi et sociorum, presentibus hiis testibus, scilicet Petrutio quondam Iohannis domini Iacobi de Rufinis de regione Pinee et \*\*\*\*\* filio Cole Cecchi Sellecte de regione Montium, testibus ad predicta vocatis et rogatis.
- <sup>a)</sup> Depennato p <sup>b)</sup> Depennato XXV <sup>c)</sup> Depennato "nobis" <sup>d)</sup> Depennato "cont" <sup>e)</sup> Come sembra.

- f. 13r Indictione VI<sup>ta</sup>, mense ianuarii die XXI.  
In presentia mei notarii etc. domina Tutia filia quondam Petri Nicolay de civitate Tyburis que domina quantum ad infrascripta renumpsiavit omni suo iure dotis donationis propter nuptias etc. et auxilio Velleiani etc. cum consensu presentia et voluntate nobilis viri Anthonii Nicolai de Porcariis de regione Pinee, presentis etc. et renumpsiavit etc. sponte vendidit et venditionis titulo dedit cessit et concessit domine Catherine Petri Mandi de dicta civitate, presenti etc. idest<sup>(a)</sup> unam domum terrineam tantum, positam in civitate Tyburis in contrada que dicitur Cocerino<sup>(b)</sup>, inter hos fines, ab uno latere Mathias Iacobi Cecchi, ab alio tenet Symeon çochi, ante est via publica vel si qui etc. ad habendum tenendum etc. et per Petrum virum dicte domine Catherine quem suum procuratorem constituit etc. et venditionem etc.
- f. 13v Hanc autem venditionem fecit cum consensu ut supra pro pretio et nomine pretii XL librarum provisinorum senatus quas XL libras dicta domina Tutia confessa fuit recepisse et habuisse a domina Catherine, de quibus etc. et renumpsiavit etc. pro quibus etc. et renumpsiavit etc. et obligavit etc.  
Actum in<sup>(c)</sup> domo habitationis Nicolay de Porcariis de regione Pinee, presentibus hiis testibus, scilicet Petro Pauli de civitate Tyburis<sup>(d)</sup>, Cola Barthellutio Nutii Tellonis et Paulo Nicolai de Porcariis de regione Pinee<sup>(e)</sup>.
- a) Depennato “omnia iura” b) Depennato “positam” c) Depennato “porticali” d) Depennato “Matheo Nicolai de Porcarii (cosi), Iohanne Stefani et” e) Depennato “et Ceccharello Nicole de civitate Tyburis”.

- f. 14r Indictione VI<sup>ta</sup>, mense ianuarii die XXI.  
Nos Alterius Corradutii spetiarius de regione Pinee et Iacobus Iohannis Raynerii arbitri arbitratores etc. absumpti et ordinati a Iohanne Pacca spetiario de regione Colupne, ex una parte, et Cola Mastrone de regione Sancti Angeli, ex alia, pretestu et occasione in compromisso in nos facto, scripto manu mey notarii declarata scripta et annotata unde nos arbitri predicti, viso dicto compromisso et contentis in eo, viso calculo inter ipsas partes facto et errore in eo commisso, visis omnibus iuribus amborum partium prepositis coram nobis sacrosanctis scripturis pro bono pacis et concordie dictarum partium et ne dicte partes litigent ad insimul Christi nomine invocato, sedentes pro tribunali in quodam cassa sita in apoteca dicti<sup>(a)</sup> Alterii, sita in regione Pinee quondam<sup>(b)</sup> ad dandum et solvendum dicto Iohanni Pacca dictum Colam Mastrone VI florenos de restauo rerum apotece et IIII<sup>or</sup> florenos quia non fuit factum
- f. 14v diligens calculum<sup>(c)</sup> inter ipsas partes et errorem inter ipsas partes commissum in dicto calculo et volumus et mandamus et arbitramus inter ipsas partes quod dictus Cola Mastrone dictos IIII<sup>or</sup> florenos ad rationem XLVII solidorum provisinorum pro quolibet floreno<sup>(d)</sup> debeat solvere eidem Iohanni in presente die, lati presentes arbitrii<sup>(e)</sup> et dictos sex florenos dictus Cola teneri solvere<sup>(f)</sup> eidem Iohanni per totum<sup>(g)</sup> mensem februarii proxime futurum et hiis adimpletis teneri dictus Iohannes facere generalem refutationem dicto Cole de omnibus contentis in dicto compromisso et in presente arbitrio et facere consentire huic refutationi domine uxori dicti Iohannis etc. et predicta dicimus et arbitramur etc. et per dictas partes observanda etc. ad penam in dicto compromisso contenta etc.  
Actum in loco predicto, presentibus hiis testibus, scilicet Stephanello dicto Salto, uno ex Banderensibus, Petrutio Alexii Iohannis Pauli, uno ex IIII<sup>or</sup> de regione Pinee et Bone Mathutii domini Frede de regione Arenule et Egidio Sanse de regione Pontis notario.
- a) Depennato “Sancte ante de strata” b) Così P c) L’espressione che segue fino a “partes” è annotata sul margine superiore del foglio e ad essa rimanda un segno di richiamo. d) Depennato “pro” e) Come sembra f) Depennato “per” g) Depennato “presentem”.

- f. 15r Indictione VI<sup>ta</sup>, mense ianuarii die XXIII.  
In presentia mei notarii etc. Hec sunt conventiones et pacta habita inter nobiles viros Butium Pauli Capucie de Capoccinis de regione Pinee et Nicolaum de Porcariis de regione predicta, videlicet quod dictus Butius promisit dicto Cole vendere medietatem casalis ipsius Butii quod vocatur lo casale de Santi IIII<sup>to</sup><sup>(a)</sup> posito in partibus Latii ut suis finibus terminatur<sup>(b)</sup>, pro pretio II<sup>m</sup> florenorum ad rationem XLVII solidorum pro floreno et dictus Butius nunc presentialiter et manualiter habuit et recepit<sup>(c)</sup> a dicto Cola pro arris et parte pacamenti ducentos florenos ad rationem predictam et dictus Cola promisit solvere hinc ad medietatem mensis maii proxime futuri trecentos florenos ad rationem predictam, residuum vero promisit supradictus Nicolaus solvere per totum mensem februarii<sup>(d)</sup> mille V<sup>c</sup> florenos ad rationem predictam<sup>(e)</sup>
- f. 15v sub hiis pactis quod si tenimentum dicti casalis iunti temporis esset sementatum et bladatum quod dictus Nicolaus non posset cogere nec cogi facere dictum Butium et percipiendum dictum residuum si vero non esset sementatum et non esset fructus quod si dictus Nicolaus voluerit solvere dictum residuum dicto Butio quod dictus Butius debeat ipsum residuum recipere dictus Butius teneatur facere venditionem et de dicta medietate dicti casalis cum consensu uxoris et dicti Butii ad sensum sapientis ipsius Nicolay et dicto mense

elapso si dictus Cola non solveret dictam quantitatem dictorum mille V<sup>c</sup> florenorum dictus Cola tenetur solvere per medietatem mensis maii proxime futuri trecentos florenos et residuum videlicet dictos mille V<sup>c</sup> florenos si dictus Cola vellet solvere<sup>(f)</sup>

f. 16r et dictus Butius nollet recipere quod<sup>(g)</sup> dictus Nicolaus non possit eum cogere ad recipiendum si dictum casale non esset sementatum cum fructibus si vero sine fructibus quod si dictus Nicolaus venditionem<sup>(h)</sup> solvere quod dictus Butius teneatur recipere facere curam predictam etc.

Actum in domo dicti Nicolai, presentibus hiis testibus, scilicet Petro Iohannis domini Iacobi et Cola Nutii Tellonis de regione Pinee.

<sup>a)</sup> Così P <sup>b)</sup> L'espressione che segue fino a "solidorum pro floreno" è annotata sul margine sinistro del foglio senza un'indicazione di riferimento al testo. <sup>c)</sup> P "recipiat" <sup>d)</sup> Depennato "alterius anni proxime futuri" <sup>e)</sup> L'espressione che segue fino alla riga 9 e precisamente fino a "ipsum residuum recipere" è stata depennata con due segni di penna incrociati: tuttavia abbiamo ritenuto, per completezza, di inserirla nel testo. <sup>f)</sup> Depennato "quod" <sup>g)</sup> Depennato "non" <sup>h)</sup> Come sembra.

18.

1398, gennaio 24

f. 16v Indictione VI<sup>ta</sup>, mense ianuarii die XXIII.

In presentia mei notarii etc. dominus Riccardus de Surdis<sup>(a)</sup> canonicus ecclesie Santi Georgii procurator et camerarius dicte ecclesie, dominus Paulus Scandriglia et dominus Petrus de Trivingniano rector ecclesie Sancti Salvatoris Ingniolia pro se et aliis absentibus sponte renumpiaverunt et refutaverunt Butio de Capocchinis omnia iura etc. que haberent pretestu XVIII florenorum auri quos debebat dictus Butius solvere de festo Santi Angeli<sup>(b)</sup> de mense septembris proxime preteriti vigore locationis facte per dictos canonicos eidem Butio de tertia parte casalecti, positi in partibus Latii ut suis finibus terminatur etc. Hanc autem refutationem fecerunt pro se et aliis absentibus pro eo quod presentialiter et manualiter habuerunt a dicto Butio, de quibus etc. et renumpiaverunt etc. pro quibus etc. obligaverunt etc.

Actum in domo dicti domini Riccardi, presentibus Anthonio Petrutii de regione Montium et Iacobo Petri de regione Pinee.

<sup>a)</sup> Depennato "dominus" <sup>b)</sup> Depennato "pro".

19.

1398, gennaio 24

f. 17r Indictione VI<sup>ta</sup>, mense ianuarii die XXIII.

In presentia mei notarii etc. Cum dominus Petrus de Romaulis canonicus ecclesie Lateranensis archipresbiter ecclesie Sancti Petri de Trivingniano<sup>(a)</sup> habuerit colloquium cum presbitero Nicolao canonico ipsius ecclesie et cum certis aliis pro melioramento suo facere permutationem cum domino presbitero Nicolao predicto de dicto archipresbiteratu ad dictum canonicatum ista presente die dictus dominus Petrus promisit quod tempore permutationis fiende de dicto archipresbiteratu ad dictum canonicatum<sup>(b)</sup> locare etc. \*\*\*<sup>(c)</sup>

f. 17v \*\*\*<sup>(d)</sup> et ad hec precibus dicti domini Petri et dicti<sup>(e)</sup> Nutii Teti nobilis vir Nicolaus de Porcariis de regione Pinee sponte fideiussit in omnem causam et eventum et voluit teneri ad omnia ad que tenentur dicte partes dicta occasione.

Actum in porticali domus habitationis Nicolay de Porcariis de regione Pinee, presentibus hiis testibus, scilicet domino Angelo de Tuscanella canonico ecclesie Sancte Marie Maioris de Urbe, Cola Dominici funario de regione Pinee et Barthullutio Petri Bellihominis de regione Columpne, testibus ad predicta vocatis et rogatis.

<sup>a)</sup> Depennato "Ioti" <sup>b)</sup> Depennato "dicte partes promiserunt" <sup>c)</sup> Segue un terzo di foglio in bianco <sup>d)</sup> È stata lasciata in bianco la metà superiore del f. 17v. <sup>e)</sup> Depennato "pro".

20.

1398, gennaio 27

f. 18r Indictione VI<sup>ta</sup>, mense ianuarii die XXVII.

In presentia mei notarii etc. Iacobus filius quondam Nutii Tomasselli olim de castro Cretonis et nunc de regione Pinee et Angnilus filius quondam Rosine Valordi olim de civitate Viterbii et nunc de regione Pinee<sup>(a)</sup>, qui iuraverunt etc. sponte<sup>(b)</sup> unus alteri et alter alteri dederunt et prestiterunt veram et mundam pacem et perpetuam securitatem hosculo vere pacis interveniente de hore ad hos inter eos etc. et remiserunt unus alteri et alter alteri omnem iniuriam et offensam factas dictas et illatas inter ipsas partes usque in presentem diem facto dicto vel opere etc. et promiserunt dicte partes ad alterutrum dictam pacem et perpetuam securitatem perpetuo actendere et observare illesam etc. ad penam legis et V<sup>c</sup> librarum provisinorum senatus stipulatam etc. cum promissione quod dicta pax et perpetua securitas non intelligatur fracta nisi eo modo quo pax fragnitur secundum formam statutii Urbis etc.

f. 18v et renumpiaverunt in hiis dicte partes capitulo statuti Urbis loquenti de penis conventionalibus non exigendis<sup>(c)</sup> voluerunt et promiserunt dicte partes et quelibet ipsorum ad alterutrum quod totiens dicta pena

tollatur et exigatur<sup>(d)</sup> a contrafaciente quotiens per dictas partes vel aliquam ipsarum extiterit contra factum etc. et promiserunt dicte partes ad alterutrum de perpetuo non offendere sese ad invicem videlicet una pars alteram et altera alteram per sese ipsas vel alium seu alios earum nomine vel alterius ipsarum nomine in persona vel bonis ipsarum ad penam predictam stipulatam etc. pro quibus observandis obligaverunt omnia bona eorum etc. et promiserunt etc. et voluerunt etc. et renumpriaverunt etc.

Actum in ecclesia Sancti Stefani de Pinea, presentibus hiis testibus, scilicet Bartholomeo Iohannis Agubii, Angnulo Matalutia de regione Pinee et Paulo<sup>(e)</sup> Rustichella de regione Arenule, testibus ad predicta vocatis et rogatis.

<sup>a)</sup> L'espressione che segue fino a "etc." è stata annotata nell'interlinea superiore e ad essa rimanda un segno convenzionale di richiamo. <sup>b)</sup> Depennato "de dictus Iacobus obligavit pro Tomaxo, Ceccho et Anthonio fratribus germanis dicti Iacobi et dictus Angelus obligavit pro Selvestro et Clemento (cosi)" <sup>c)</sup> Depennato f <sup>d)</sup> Depennato "quotiens" <sup>e)</sup> Depennato "Ripe".

## 21.

1398, gennaio 29

f. 18r

Indictione VI<sup>ta</sup>, mense ianuarii die XXVIII<sup>or</sup>

In presentia mei notarii etc. Martinus Angnili Venture de regione Ripe et contrada Insule Licaonie cum consensu et voluntate domine Ritotie uxoris sue, presentis et consensientis et que domina primo renumpriavit omni suo iure dotis donationis propter<sup>(a)</sup> nuptias alimentorum palafernorum et omni suo alio iure etc. sponte vendidit et venditionis titulo dedit cessit et concessit magistro Stefano de Deo pellario de regione Pontis, presenti et recipienti etc. pro se et suis heredibus et successoribus etc. idest unam vineam VIII petiarum plus vel minus quante sunt<sup>(b)</sup> cum omnibus suis usibus etc. pro parte cum vitibus et arboribus fructiferis et infructiferis in eis existentibus et pro parte soda<sup>(c)</sup> positam in proprietate Sancte Ursule ad remictendum annuatim dicte ecclesie tres libras et solidos II in festo Sancti Angeli de mense septembris et pro parte positam in proprietate ecclesie Sancti Blaxii \*\*\*\*\* ad remictendum annuatim dicte ecclesie solidos XXXVIII provisinatorum senatus in dicto festo et per parte liberam et exemptam ab omni

f. 19v

honore et censu servitutis que tota dicta vinea posita est extra portam Pertusi<sup>(d)</sup> et portam Terrionis, inter hos fines, ab uno latere tenet Rosa \*\*\*\*\* iure proprietatis \*\*\*\*\* ecclesie, ab alio tenet menia Urbis, ab alio tenet idem magister Stefanus, ab alio tenet Sonia de regione Pontis, ab alio tenet proprietas Sancti Ambrosii, ab alio tenet Anthonius dello Factore de regione Pontis vel si qui etc. cum duobus vaschis vascalibus et tinis et cum canneto in eis existentibus et cum fontana in eis existentibus cum introytibis et exitibus suis et cum omnibus suis usibus etc. ad habendum tenendum etc. et per Blaxium Dominici de regione Pontis testem infrascriptum quem dictus venditor suum procuratorem constituit ad investiendum dictum emptorem de vineis predictis etc. et donec fuerit investitum etc. vendidit etiam dictus venditor omnia iura etc. Hanc autem venditionem fecit dictus venditor cum consensu ut supra eidem emptori, presenti etc.

f. 20r

pro pretio et nomine pretii CXV florenorum auri ad rationem XLVII solidorum provisinatorum pro quolibet floreno quos<sup>(e)</sup> CXV florenos et pretio predicto in florenis de auro et moneta recepit presentialiter et numeraliter LVIII florenos<sup>(f)</sup>, residuum confessus est se recepisse et habuisse, de quibus etc. et renumpriavit etc. et promisit<sup>(g)</sup> dictus venditor quod dicte vinee cum iuribus et pertinentiis suis est ipsius venditoris etc. pro quibus etc. obligavit etc. et renumpriavit etc. voluit etc. et ad hec precibus dicti emptoris

Lucas Martini et  
Iacobellus eius frater

qui iuraverunt etc. sponte fideiusserunt et promiserunt se facturos et curaturos quod dicte vinee super specificate sunt ipsius venditoris et ad eum spectant pleno iure etc. et voluerunt teneri ad omnia ad que tenetur dictus venditor etc. pro quibus etc. obligaverunt etc. et promiserunt etc. et renumpriaverunt etc.

Actum in domo ipsius venditoris presentibus Blaxio Dominici, Cola Lelli Chiarini de regione Ripe et Cola Iohannis Iannocti de regione Ripe et Sabba Cartarii de regione Transtiberim<sup>(h)</sup>.

<sup>a)</sup> P "procter" <sup>b)</sup> Depennato "pos" <sup>c)</sup> Depennato "et pro parte" <sup>d)</sup> Depennata la lettera s annotata a conclusione del nome. <sup>e)</sup> Depennato erroneamente il pronome "quos" ed esattamente "de quibus" segue poi l'espressione fino a "manualiter LVIII florenos" che è stata annotata sul margine sinistro del foglio e ad essa rimanda un segno convenzionale di richiamo <sup>f)</sup> Depennato "quos" <sup>g)</sup> Depennate le lettere del precedente "promiserunt" <sup>h)</sup> Segue il f. 20v bianco che mostra sul margine superiore l'annotazione di 2 righe poi rasate e inintelligibili. Si conclude qui il primo quaderno del vol. 4.

## 22.

1398, gennaio 31

f. 21r

Indictione VI<sup>ta</sup>, mense ianuarii die ultimo.

In presentia mei notarii etc. Leonardus Alexii Impaccia de regione Campitelli notarius sponte vendidit domine Catherine uxori quondam Pauli Franchi olim de castro Malearei de Sabinis et nunc uxori Bastiani pellarii olim de Tuderto et nunc de regione Pinee, presenti etc. idest duas petias vitum et arborum fructiferorum in eis existentibus cum parte vasche vascalis et tini et cum iuribus et pertinentiis suis que vinea

posita<sup>(a)</sup> in proprietate ecclesie Santi Pauli extra muros Urbis ad remittendum annuatim dicte ecclesie mediam caballatam tam musti tam iure proprietatis semper salvo etc. extra portam Sancti Pauli in loco qui dicitur \*\*\*\*\*, inter hos fines ab uno latere tenet Andreotius Fanfera<sup>(b)</sup> iure proprietatis Sancte Marie Maioris in capella Sancti<sup>(c)</sup> Andree, ab alio tenet Petrutius dictus Panfera, ab alio Palellus Persiconis fracta mediante etc. vel si qui etc. ad habendum tenendum etc. et per Iohannem Cecchi Scorsolini testem infrascriptum quem dictus venditor suum procuratorem constituit<sup>(d)</sup> ad investiendum ipsum emptorem<sup>(e)</sup> vel eius heredes et successores de dicta

f. 21v vinea cum iuribus et pertinentiis suis etc. et donec dicta<sup>(f)</sup> emptris fuerit investita<sup>(g)</sup> etc. vendidit etiam dictus venditor eidem emptrici, presenti et recipienti etc. omnia iura omnesque actiones iustitias et petitiones etc. ac etiam officium iudicis quod, quas et que dictus venditor nunc habet et in futurum habere posset in dicta vinea etc. nullo iure in dicta vinea per dictum venditorem ullatenus reservato ipsi venditores nec eius heredes<sup>(h)</sup> et successores dictus venditor dictam emptricem, presentem etc. Hanc autem venditionem dationem cessionem et que dicta sunt et infra dicentur fecit dictus venditor eidem emptrici, presenti et stipulanti ut supra pro pretio et nomine pretii XLII florenorum auri ad rationem XLVI solidorum pro quolibet floreno quos XLII florenos ad rationem predictam et pretii predicti dictus venditor a dicta emptrice presentialiter et numeraliter habuit et recepit in florenis de auro et moneta de quibus etc. et se bene quietum post ipsam receptionem vocavit etc. et renumpiavit exceptioni non solutorum et non numeratorum etc. et si plus dicta vinea cum iuribus et pertinentiis suis dicto pretio valeret dictus venditor eidem emptrici, presenti et stipulanti ut supra, inter vivos donavit ob amoris honesti causa etc. et promisit dictus venditor pro se suisque heredibus et successoribus eidem emptrici, presenti et stipulanti ut supra, quod dicta vinea est ipsius venditoris et quod nemini est vendita etc. et si contrarium aliquo tempore appareret voluit dictus venditor teneri de evictione duplicata in forma secundum formam iuris consuetudinis et statuti Urbis etc. et promisit insuper dictus venditor promisit<sup>(i)</sup> eidem emptrici, presenti et recipienti<sup>(j)</sup> etc. facere consentire omnem personam in habentem in dicta vinea et capitulum dicte ecclesie Sancti Pauli cum omnibus curis etc. ad sensum ipsius emptricis etc. pro quibus etc. obligavit etc. voluit etc. promisit etc. et renumpiavit etc. Actum in Urbe in regione Pinee<sup>(l)</sup> ante domum ipsius emptricis, presentibus hiis testibus, scilicet Anthonio Nicolai de Porcariis, Petrutio Iohannis domini Iacobi de Ruffinis et Iohanne Cecchi Scorsolini de regione Pinee ad predicta vocatis et rogatis etc.

f. 22r

<sup>a)</sup> Omesso “est” <sup>b)</sup> Così P, ma intendasi “Panfera” secondo la dizione successiva <sup>c)</sup> Depennato “On” <sup>d)</sup> Depennato “de dicta vinea cum iuribus et pertinentiis suis” <sup>e)</sup> Depennato “de” <sup>f)</sup> Depennato una “s” finale a “venditores” <sup>g)</sup> P “investitos” <sup>h)</sup> P “heredibus” <sup>i)</sup> Così ripetuto <sup>j)</sup> Depennato <sup>k)</sup> Depennato “presentibus”.

## 23.

1398, gennaio 31

f. 22v Eodem anno, mense, indictione, pontificatu et die coram dictis testibus. In presentia mei notarii etc. Bastianus pelliparius olim de civitate Tuderti nunc de regione Pinee et domina Catherina eius uxoris cum consensu et voluntate dicti Bastiani eius viri, presentis et consensientis etc. et que domina primo renumpiavit omni auxilio etc. sponte presentialiter et numeraliter et manualiter habuerunt et receperunt in depositum nomine et ex causa depositi a Nardo Alexii Impaccia notario de regione Campitelli, presente et deponente etc. idest XVI florenos auri ad rationem XLVII solidorum provisinorum pro quolibet floreno, de quibus etc. et post ipsam receptionem se bene quietos vocaverunt etc. et renumpiaverunt etc. quos florenos ad rationem predictam et depositum predictum promiserunt eidem Nardo tenere et salvos facere omni ipsorum periculo et fortuna etc. et eos restituere promiserunt eidem Nardo hinc ad unum annum proxime futurum ab odie in antea numerandum etc. cum omnibus dampnis et expensis etc. de quibus dampnis et expensis stare voluerunt solo simplici sacramento ipsius Ricardoli etc. pro quibus omnibus observandis obligaverunt omnia eorum et cuiuslibet ipsorum bona mobilia et immobilia etc. et voluerunt etc. et renumpiaverunt etc. et promiserunt etc. Actum in loco predicto.

## 24.

1398, febbraio 2

f. 23r Indictione VI<sup>a</sup>, mense februarii die secundo. In presentia mei notarii etc. Hec sunt fidantie et pacta sponsalia habita et in Dey nomine et firmata inter magistrum Stefanum de Deo pellarium olim de Florentia et nunc de regione Pontis pro Catherina filia sua honesta puella etc., ex una parte, et Cecchum Anthonii de Folineo de regione Pontis cum consensu et voluntate dicti Anthonii eius patris, presentis etc. et qui Cecchus iuravit ad sancta Dey evangelia corporaliter manu tactis sacrosantis scripturis contra non facere vel venire etc. ex alia, videlicet quod dictus magister Stefanus promisit eidem Ceccho, presenti et stipulanti assignare in suam legitimam uxorem Catherinam filiam suam<sup>(a)</sup> subarratam et non trasductam cum dote et nomine dotis ducentorum florenorum auri ad rationem XLVII solidorum provisinorum pro quolibet floreno et aliis rebus iocalibus inter ipsas partes



conventis et dictus Cecchus cum consensu et qui iuravit ut supra promisit et convenit eidem magistro Stefano, presenti et stipulanti pro dicta Catherina filia sua subarrata et non trasducta ipsam Catherinam recipere in

f. 23v suam legitimam uxorem cum dote et nomine dotis dictorum II<sup>c</sup> florenos auri ad dictam rationem et aliis rebus iocalibus inter ipsas partes conventis quam parentelam promiserunt dicte partes ad alterutram<sup>(b)</sup> complere et ducere ad effectum hinc ad IIII dies proxime futuros prolongandum et abbreviandum dictum tempus ad voluntatem ipsarum partium et ad maiorem cautelam omnium premissorum dicte partes dederunt ad invicem hosculum vere pacis de hore ad hos etc. pro quibus observandis obligaverunt etiam omnia eorum bona etc. et voluerunt etc. et renumpiaverunt etc.

Actum in ecclesia Sancte Marie in Trespadina<sup>(c)</sup> in regione Pontis sita, presentibus hiis testibus, scilicet Francischo Nicolai Truccholi notario de regione Pinee, Nardolo Dominici notario de regione Parionis et Angnilo Ceperano pellario de regione Arenule.

<sup>a)</sup> L'espressione che segue fino a "trasductam" è stata annotata sul margine sinistro del foglio e ad essa rimanda un segno convenzionale. <sup>b)</sup> Così P, intendasi "alterutrum" <sup>c)</sup> Così P.

## 25.

1398, febbraio 2

f. 24r Indictione VI<sup>a</sup>, mense februarii die secundo.

In presentia mei notarii etc. Cum per magistrum Stefanum Dedeo pellarium de regione Pontis promiserit et convenerit Ceccho Anthonii de Folineo olim et nunc de regione Pontis dare et solvere pro dote et nomine dotis Catherine<sup>(a)</sup> filie sue et future uxoris ipsius Cecchi ducentos florenos auri ad rationem XLVII solidorum pro quolibet floreno et nunc non habeat pecuniam manualemente idcirco obligavit et pingnioravit dictus magister Stefanus eidem Ceccho, presenti et stipulanti etc. idest unam domum terrineam et solaratam cum porticali ante se et orto post se et cum puteo ante dictam domum et cum quodam luvio<sup>(b)</sup> scoperto retro se et cum inclavariis in dicto existentibus et cum iuribus et pertinentiis suis etc.<sup>(c)</sup> que domus posita est in regione Arenule inter hos fines, ab uno latere<sup>(d)</sup> ecclesia Sancti Stefani de regione Arenule, ab alio videlicet retro tenet flumen Tyburis vel si qui etc. ad veram proprietatem etc.

f. 24v cum hiis pactis etc. videlicet quod dictus magister Stefanus promisit solvere dictam quantitatem dictorum II<sup>c</sup> florenorum eidem Ceccho, presenti etc. hinc ad unum annum proxime futurum alias<sup>(e)</sup> voluit posse conveniri etc. et dictus Cecchus qui iuravit etc. cum consensu dicti Anthonii eius patris promisit et convenit eidem Stefano presenti pro dicta Catherina etc. tempore solutionis fieri expendere ad sensum dicti magistri Stefani pro dicta Catherina filia sua vel<sup>(f)</sup> ipsos II<sup>c</sup> florenos curare et cautelam facere super bonis ipsius Cecchi et Anthonii eius patris ad opus et utilitatem dicte Catherine ut iura volunt etc. et promisit dictus magister Stefanus quod dicta domus est ipsius etc. et voluit etc. et dicto anno durante liceat dicto Ceccho dictam domum fructare et ea fructus recipere etc. et facta solutione dicta domus ad dictum magistrum Stefanum vel eius heredes et successores libere revertatur etc. pro quibus etc. et

f. 25r obligavit etc. et ad hec precibus dicti Stefani et pro eo Alfonso Petri de regione Pontis sponte fideiussit<sup>(g)</sup> pro dicto magistro Stefano penes dictum Cecchum presentem et recipientem ut supra et voluit teneri ad omnia et singula ad que tenetur dictus magister tam in casu evictionis quam etiam in omnem alium casum causam et eventum etc. pro quibus etc. obligavit etc. et renumpiavit etc. et voluit etc.

Actum in ecclesia Sancte Marie in Trespadina, presentibus Francisco Nicolai Truccholi notario de regione Pinee, Nardolo Dominici notario de regione Parionis et Angelo Ceperana de regione Arenule.

<sup>d)</sup> Depennato "Dompne" <sup>b)</sup> P "lovio" <sup>c)</sup> Depennato "cum" <sup>d)</sup> Omesso "est" o le proprietà della chiesa <sup>e)</sup> Depennato un segno verticale di p <sup>f)</sup> Depennato "ipsum" <sup>g)</sup> Depennato "etc."

## 26.

1398, febbraio 2

f. 25v Eodem anno, mense, indictione, pontificatu et die et coram dictis testibus.

In presentia mei notarii et testium subscriptorum ad hec specialiter vocatorum et rogatorum, supradictus magister Stefanus, ex una parte et Cecchus Anthonii de Folineo qui iuravit etc. cum consensu dicti Anthonii eius patris de dicta regione Pontis, predictus, ex alia parte, sponte compromisit in Colutiam della Dansa pelliparium et Romanellum \*\*\*\*\* de regione Pontis, presentem etc. tamquam in eorum arbitros etc. de omni lite etc. pretestu pensionis cuiusdam domus ipsius magistri Stefani site in regione Arenule dato verbo tenus dicto Ceccho pro pingniore dotis filie sue et uxoris ipsius Cecchi subarrate et non trasducte, quam pensionem dicit ipse Cecchus ad se spectare et pertinere pro usufructu dicte dotis et dictus magister Stefanus negat etc. et generaliter etc. dantes potestatem etc. et promiserunt etc. ad penam C florenorum stipulatam etc.<sup>(a)</sup> duraturum XV diebus, pro quibus etc. obligavit etc. et renumpiavit etc. et voluerunt ....

Actum in ecclesia predicta.

<sup>a)</sup> Depennato "pro".

- f. 26r Indictione VI<sup>a</sup>, mense februarii die III<sup>o</sup>.  
In presentia mei notarii etc. Anthonius Rubey Amati olim de castro Mareni et nunc de regione Pinee cum consensu et voluntate domine Mathiucie eius uxoris, presentis et consensientis etc. que domina primo renumpsiavit et refutavit omni suo iuri dotis donationis propter nuptias etc. que haberent<sup>(a)</sup> nunc et in futurum in infrascripta vinea et specialiter auxilio Velleiani quod est in favorem mulierum etc. sponte<sup>(b)</sup> vendidit Petro Paulo de Montanariis notario de regione Sancti Heustachii, presenti et recipienti et legitime stipulanti pro se suisque heredibus et successoribus in perpetuum etc. idest unam vineam duarum petiarum vitum et arborum fructiferorum in eis existentium plus vel minus quantitatis est cum parte vasche vascalis et tini et cum canneto in eis existente etc. que vinea posita est extra portam Latinam in loco qui dicitur Monte Olimeri in proprietate ecclesie Sancte Marie in Campitello ad IIII<sup>tam</sup> redendam dicte ecclesie anno quolibet totius musti et acquati et duos canistros uvarum
- f. 26v more romano iure proprietatis semper salvo inter hos fines<sup>(c)</sup> cui ab uno latere tenet Iohannes Petri Santi de regione Pinee, ab alio tenet Tutius Civire, ab alio tenet Iohannes Margani de regione Campitelli, ab alio tenet heredes quondam Vaschi de regione Arenule vel si qui etc. ad habendum tenendum etc. et per Petrum Mactana testem infrascriptum quem dictus venditor cum consensu ut supra suum procuratorem constituit, presentem etc. ad investiendum dictum emptorem de vinea et rebus predictis venditis etc. vendidit etiam dictus venditor cum consensu ut supra eidem emptori presenti et stipulanti ut supra, omnia iura omnesque actiones etc. nullo iure in predictis rebus venditis eidem venditori aliquo modo reservato etc. Hanc autem venditionem dationem cessionem concessionem et que dicta sunt et infra dicentur fecit dictus Anthonius venditor cum consensu et supra eidem emptori, presenti et recipienti ut supra pro pretio et nomine pretii XX florenorum auri ad rationem XLVII solidorum provisinorum senatus pro quolibet floreno, quos XX florenos ad rationem predictam et pretium predictum dictus venditor a dicto emptore, presente et solvente etc. presentialiter et numeraliter habuit et recepit in pecunia numerata, de quibus etc. et
- f. 27r renumpsiavit etc. et si plus dicte res vendite dicto pretio valerent dictus venditor eidem emptori inter vivos donavit etc. et promisit dictus venditor cum consensu ut supra<sup>(d)</sup> eidem emptori, presenti et stipulanti ut supra quod dicte res vendite ut supra sunt ipsius venditoris et ad eum spectant et pertinent pleno iure etc. et si contrarium aliquo tempore appareret voluit teneri de evictione in forma etc. prout evictio sonat in iure etc. pro quibus omnibus observandis dictus venditor cum consensu ut supra obligavit et pingniori posuit eidem emptori, presenti et stipulanti ut supra omnia ipsius bona mobilia et immobilia presentia et futura etc. et voluit dictus venditor cum consensu ut supra pro predictis posse cogi compelli constringni et conveniri omni tempore etc. et promisit dictus venditor cum consensu ut supra predicta omnia et singula eidem emptori, presenti et recipienti ut supra perpetuo actendere et observare etc.  
Actum ante domum habitationis ipsius Anthonii venditorem sitam in regione Pinee, presentibus hiis testibus, scilicet Vestorio acconciatore pannorum, Iacobo Iohannis de Senis de regione Sancti Heustachii.

<sup>a)</sup> Così P <sup>b)</sup> Depennato “vendiderunt” <sup>c)</sup> Depennato “cum” <sup>d)</sup> Depennato “quod d”.

- f. 27v Indictione VI<sup>a</sup>, mense februarii die VI.  
In presentia mei notarii etc. Sabbas de Serromanis de regione Pinee sponte renumpsiavit et refutavit Sabbe Paulo olim Bartomey pictoris de regione Pinee, presenti et recipienti pro se et domina Anthonia eius uxore etc.<sup>a)</sup> idest omnia iura omnesque actiones etc. que et quas dictus Sabbas habet seu habere posset contra eos pretestu cuiusdam instrumenti depositi continentis quantitatem XII florenorum scripti manu Iohannis domini Angeli de Vallatis publici notarii etc. et generaliter etc. Hanc autem refutationem fecit dictus Sabbas eidem Sabbe Paulo, presenti pro se et<sup>b)</sup> quo supra nomine pro eo quod confessus fuit recepisse a predictis dictos XII florenos, de quibus post ipsam receptionem se bene quietum et pacatum vocavit etc. et promisit dictus Sabbas de Serromanis eidem Sabbe Paulo, presenti et recipienti ut supra quod dicta iura dicti depositi sunt ipsius et quod nemini sunt vendita per eum etc. pro quibus etc. obligavit etc. renumpsiavit etc. et voluit etc.  
Actum ante dictam habitationem Laurentii Pirrocti sita in regione Pinee, presentibus Laurentio predicto, Laurentio Renzolini et Laurentio Anthonii Iuvannecti de regione Pinee.

<sup>a)</sup> Depennato “pro” <sup>b)</sup> P “at”.

- f. 28r Indictione VI<sup>a</sup>, mense februarii die VI.  
In presentia mei notarii etc. Iohannes Romano de civitate Tyburis sponte constituit suos procuratores Petrum Mancino notarium de regione Montium, presentem, Blaxium Dominici de regione predicta, presentem etc. Paulum de Serromanis notarium de regione Pinee, absentem, Laurentium Cecchi Iudicis Pauli de regione

Montium, presentem etc. et Laurentium Andree Omniasanti notarium de regione Montium assentem etc. ad omnes causas suas etc. et maxime ad recipiendum cuidam acceptationi institute contra ipsum Iohannem<sup>a)</sup> per dominum Franciscum de Curtis de dicta civitate et eam negandum seu in totum seu pro parte confitendum et pro parte negandum etc. et prestandum fideiussionem in causam pro eo etc. et generaliter etc. promiserunt etc. et renumpiavit etc. et obligavit etc. relevans etc.

Actum in domo dicti Petri, presentibus Nicolao de Serromanis de civitate Tyburis, Nicolao Singniorilis notario de regione Montium, Iohanne Iacobelli Salvatelli de regione Montium<sup>b)</sup>.

<sup>a)</sup> Depennato “preter” <sup>b)</sup> Seguono in bianco i f. 28v e 29r.

### 30.

1398, febbraio 15

f. 29v

Indictione VI<sup>a</sup>, mense februarii die XV.

In presentia mey notarii et testium subscriptorum etc. Menicuccius filius quondam Angnielutii olim de civitate Castellana et nunc de regione Pinee qui iuravit etc. sponte renumpiavit et refutavit Andreutio filio Angnielutii predicti eius germano fratri, presenti et recipienti et legitime stipulanti etc. idest omnia iura omnesque actionem etc. que habet nunc et in futurum habere posset contra ipsum Andreutium pretestu et occasione cuiusdam arbitrii lati per<sup>(a)</sup> Paulum de Serromanis arbitrum inter eos in quo apparet condempnatus dictus Andreutius ad dandum et solvendum ipsi Menicutio XX florenos auri ad rationem XLVII solidorum provisinorum pro quolibet floreno in una manu et X florenos auri tempori vendemmiarum proxime futuro in alia etc. prout patet in dicto arbitrio scripto manu mey notarii et generaliter omnia iura que habet dictus Menicutius contra dictum Andreutium dicta occasione<sup>(b)</sup> dictorum XX<sup>ti</sup> florenorum auri tantum reservato iure dicto Menicutio contra ipsum Andreutium de dictis X florenis etc. Hanc autem refutationem etc. fecit dictus Menicutius eidem Andreutio, presenti et stipulanti etc. pro eo quod presentialiter et manualiter habuit et recepit dictos XX florenos a dicto Andreutio etc. de quibus XX<sup>ti</sup> florenis post

f. 30r

ipsam receptionem sese bene quietum contentum et pacatum vocavit et renumpiavit exceptioni non solutorum non receptorum non assignatorum dictorum florenorum etc. et promisit dictus<sup>(c)</sup> Menicutius quod dicta iura dictorum XX florenorum tantum sunt ipsius Menicutii et quod ad eum spectant et pertinent pleno iure etc. et quod nemini per eum sunt vendita etc. pro quibus omnibus observandis obligavit dictus Menicutius omnia eius bona mobilia et immobilia presentia et futura etc. et renumpiavit etc. et voluit etc. reservato iure dicto Menicutio de dictis X florenis etc.

Actum in porticali domus domini Francisci de Barsellonibus, presentibus hiis testibus, scilicet domino Francisco predicto, domino Andrea Herami de Porcariis de regione Pinee et Angnielutio calculario de regione Pinee ad predicta vocatis et rogatis.

<sup>a)</sup> Depennato “dictum And” <sup>b)</sup> Depennato “re” <sup>c)</sup> Depennato “And”.

### 31.

1398, febbraio 20

f. 30v

Indictione VI<sup>a</sup>, mense februarii die XX<sup>o</sup>.

In presentia mey notarii etc. Anthonius Cacchi sutor de regione Pinee cum consensu domine Catherine eius uxoris, presentis et consensientis etc. sponte locavit ad pensionem Petro Pauli Covelli olim de Viterbio et nunc de regione Pinee, presenti etc. unam domum ipsius Anthonii terrineam tamen cum orto post se, positam in regione Pinee inter hos fines, ab uno latere tenet Laurentius Guarsellona, ab alio tenet videlicet retro Petrus Iohannis domini Iacobi, a duobus lateribus tenent vie publice vel si qui etc. pro duobus annis proxime futuris incipiendo die \*\*\*\* et finiendo ut sequitur \*\*\*<sup>(a)</sup>

Actum in domo dicti Anthonii Cacchi, presentibus hiis testibus, scilicet Cionica de Viterbio et Iohanne sutore de Viterbio de regione Pinee ad predicta vocatis et rogatis.

<sup>a)</sup> Il formulario è interrotto: segue in bianco un terzo di foglio e due terzi del successivo f. 31r fino all’“Actum”.

### 32.

1398, febbraio 21

f. 31v

Indictione VI<sup>a</sup>, mense februarii die XXI.

In presentia mey notarii etc. magister Anthonius de Reate \*\*\*<sup>(a)</sup>

<sup>a)</sup> Il formulario dell’atto è stato omissso: segue il restante foglio in bianco.

### 33.

1398, febbraio 22

f. 32r

Indictione VI<sup>a</sup>, mense februarii die XXII.

In presentia mey notarii etc. Iohannes et Petrus germani fratres filii quondam Herrici Iohannis de regione<sup>(a)</sup> Trivii dictus Iohannes et dictus Petrus de regione Montium ipsi et quilibet ipsorum in solidum sponte

vendiderunt venditionis titulo dederunt cesserunt et concesserunt etc. Sabbe de Seromanis de regione Pinee, presenti etc. duo rubla boni et puri grani sine malitia ad mensuram senatus etc. Hanc autem venditionem fecerunt eidem Sabbe pro pretio et nomine pretii duorum florenorum auri pro quolibet, quos IIII<sup>or</sup> florenos et pretium predictum presentialiter et numeraliter habuerunt et receperunt de quibus etc. et renumpsiaverunt etc. que duo rubla predicta promiserunt eidem Sabbe assignare in proxime recollectione huius anni etc. pro quibus etc. obligaverunt etc. et renumpsiaverunt etc.

Actum ante domum dicti Sabbe, presentibus hiis testibus, scilicet Petro della Celsa de regione Trivii, Stefanello Nutii Spene et Tutio Nutii Cencis de regione Pinee ad predicta vocatis et rogatis.

<sup>a)</sup> Depennato “Trivii” poi “Montium” poi di nuovo annotato il primo rione riportato nel testo.

**34.**

**1398, febbraio 28**

f. 32v

Indictione VI<sup>a</sup>, mense februarii die ultimo.

In presentia mey notarii etc. Bartholomeus Iohannis Agubii de regione Pinee sponte renumpsiavit et refutavit Petro Pauli Covelli olim de civitate Viterbii et nunc de regione Pinee principali debitori et Colutie Panalfi calculario de regione Pontis eius fideiussori et Anthonio Lensi calculario de regione Pontis fideiussori etiam dicti Petri presentibus etc. idest omnia iura etc. que habet et in futurum habere posset contra dictum Petrum principalem et dictos eius fideiussores pretestu cuiusdam instrumenti depositi continentis quantitatem LXII florenorum auri scripti manu mey notarii etc. et generaliter etc. Hanc autem refutationem fecit dictus Bartholomeus predictis Petro et eius fideiussoribus, pro eo quod confessus fuit et in veritate recognovit sese recepisse et habuisse dictos LXII florenos a dicto Petro, de quibus etc. post ipsam receptionem sese bene quietum et pacatum vocavit etc. et renumpsiavit etc. promisit etiam dictus Bartholomeus eidem Petro et eius fideiussoribus, presentibus etc. quod dicta iura sunt ipsius Barthomey et ad eum spectant et pertinent

f. 33r

pleno iure et quod nemini persone sunt vendita per eum data donata cessa concessa nec quomodolibet alienata in totum vel in partem et si contrarium aliquo tempore appareret voluit teneri de evictione secundum quod iura volunt etc. pro quibus omnibus observandis et pleniter adimplendis obligavit omnia bona sua etc. et renumpsiavit etc. et voluit pro predictis posse cogi omni tempore etc. et promisit etc.

Actum in regione Pinee in platea Camilgliani, presentibus hiis testibus, scilicet Iohanne Ciantelle, Iacobo dicto Bretono et Rubeo apparechiatore de regione Pinee ad predicta vocatis et rogatis.

**35.**

**1398, febbraio 28**

f. 33v

Indictione VI<sup>a</sup>, mense februarii die ultimo.

In presentia mey notarii etc. Santutius filius Bastiani pellarii de regione Pinee qui iuravit etc. cum consensu dicti Bastiani patris sui, presentis et consensientis etc. sponte se et suas operas et iornatas plativit et locavit Homodeo pellario de regione Arenule, presenti et recipienti et legitime stipulanti etc. ad artem apparechi coraminis sive concie coraminis et ad laborandum in apoteca ipsius Homodey pro uno anno incepto die XX<sup>(a)</sup> presentis mensis februarii et finiendo ut sequitur etc. Hanc autem locationem et que dicta sunt et infra dicentur fecit dictus Santutius cum consensu ut supra eidem Homodeo, presenti ut supra pro pretio et nomine pretii XVIII florenorum auri ad rationem XLVII solidorum pro quolibet floreno pro toto dicto anno et expensis ipsius Santutii victuales et sufficientes ad vitam ipsius Santutii, de quibus XVIII florenis<sup>(b)</sup>

f. 34r

confessus fuit et in veritate recognovit sese recepisse et habuisse sex florenos a dicto Homodeo de quibus post ipsam confessionem se bene quietum contentum et pacatum vocavit et renumpsiavit exceptioni non solutorum etc. pro quibus observandis obligavit omnia bona sua etc. residuum vero promisit dictus Homodeo solvere eidem Santutio ad voluntatem et ad necessitatem ipsius Santutii et voluit pro predictis dictus Santutius cum consensu ut supra<sup>(c)</sup> possidere cogi et renumpsiavit etc. et promisit etc.

Actum in platea Camilgliani, presentibus hiis testibus scilicet Laurentio Anthonii Iovannecti, Barthomeo Iohannis Agubii de regione Pinee ad predicta vocatis et rogatis.

<sup>a)</sup> Depennata la successiva annotazione II <sup>b)</sup> Ripetuto “florenis” e poi depennato “presentialiter et manualiter” <sup>c)</sup> Depennato “so”.

**36.**

**1398, febbraio 28**

f. 34v

Indictione VI<sup>a</sup>, mense februarii die ultimo.

In presentia mey notarii etc. Nos Nicolaus Nutii Tellaris calcularius de regione Pinee arbiter arbitrator etc. electus et deputatus etc. ab Anthonio \*\*\*\*\* de regione Pinee, ex una parte, et ab Anthonio genero Sorice de regione predicta, ex alia, de omni eo quod dicte partes ad invicem petere possent videlicet dictus Anthonius \*\*\*\*\* dicto genero Sorice pretestu et occasione laborature unius rublate<sup>(a)</sup> lini, videlicet terre pro sementando linum promissum de vangando per dictum generum Sorice eidem Anthonio pro pretio<sup>(b)</sup> X librarum provisinarum et dictus gener Sorice non vangavit. Item pretestu VI librarum et solidorum VI quas expendit dictus Anthonius superfluas ultra dictas X libras. Item et occasione dampni quod passus fuit dictus

f. 35r Anthonius dicta occasione et generaliter etc. ut de compromisso in nos facto patet manu<sup>(c)</sup> notarii infrascripti unde viso per nos dicto compromisso auditi sepe dictis partibus ea que dicere coram nobis voluerunt, Christi nomine invocato pro tribunali sedente in quodam lapide sito ante ecclesiam Sancti Stefani de Pinea, prepositis coram nobis sacrosanctis scripturis arbitramur pro bono pacis et concordie dictarum partium quod dictus Anthonius gener Sorice teneatur et debeat satisfacere et solvere eidem Anthonio \*\*\*\*\* sex libras provisinorum senatus et solidos VI<sup>(d)</sup> quas dictus Anthonius \*\*\*\*\* expendit ultra dictas X libras pro vangatura dicte terre<sup>(e)</sup> excomputandas tantum<sup>(f)</sup> si dictus Anthonius gener Sorice aliquod laboravit in dicta terra \*\*\*<sup>(g)</sup>

a) Corretto e integrato il precedente vocabolo “rubli” b) Depennato XV c) Depennato “mey” d) Depennato “ultra” e) Depennato “et tres libras” f) Depennata a g) L’atto è stato interrotto: segue in bianco un terzo del restante foglio.

**37.**

**1398, marzo 1**

f. 35v Indictione VI<sup>a</sup>, mense martii die primo.  
In presentia mey notarii etc. Felippaccio Cerrone de castro Cellarum sponte vendidit Sabbe de Serromanis de regione Pinee, presenti etc. IIII<sup>or</sup> ruba<sup>(a)</sup> lane carfangnine bene lavate et bene purgate quam promiserunt assignare per medietatem mensis aprilis proxime futuri in domum ipsius Sabbe omnibus expensis ipsius Filippacci etc. Hanc autem venditionem fecerunt predictus Filippus dicto Sabbe presenti etc. pro pretio et nomine pretii IIII<sup>or</sup> librarum cum dimidio, de quibus et quo pretio receperit pro pretio et nomine pretii<sup>(b)</sup> lane carfangnine predictae IIII<sup>or</sup> florenorum ad rationem XLVII solidorum pro floreno, de quibus etc. et obligavit etc. et ad hec precibus dicti<sup>(c)</sup> Filippacci et pro eo Cola Cane macellarius de regione Trivii sponte fideiussit pro dicto Filippaccio penes dictum Sabbam, presentem et stipulantem ut supra et promisit quod dictus  
f. 36r Filippaccio<sup>(d)</sup> assignet et tradet dictam lanam dicto Sabbe ut superius dictum est et tempore supra declarato et voluit teneri et obligatus esse ad omnia et singula ad que tenetur et obligatus est dictus Filippaccio, pro quibus omnibus observandis obligaverunt tam dictus Filippaccio quam eius fideiussor omnia ipsorum et cuiuslibet ipsorum bona mobilia et immobilia presentia et futura et voluerunt pro predictis possessionibus cogi compelli et constringi omni tempore etc. et promiserunt etc.  
Actum ante domum dicti Sabbe, presentibus hiis testibus, scilicet Paulo de Serromanis et Stefano de Tybure ad predicta vocatis et rogatis.

a) Così P b) Depennato “quo de p” c) Depennato “Sabbe” d) Così P e nei casi seguenti.

**38.**

**1398, marzo 3**

f. 36v Indictione VI<sup>a</sup>, mense martii die III<sup>o</sup>.  
In presentia mey notarii etc. Cola Anthonii Sabbocte dictus Sabbocella de regione Montium sponte vendidit Sabbe de Serromanis de regione Pinee, presenti etc. idest duo rubla boni et puri grani ad mensuram senatus Urbis, posita in domo dicti Sabbe que promisit assignare dictus Cola eidem Sabbe in proximis futuris recollectionibus huius anni omnibus expensis ipsius Cole etc. Hanc autem venditionem fecit dictus Cola eidem Sabbe, presenti etc. pro pretio duorum florenorum auri<sup>(a)</sup> rublo quolibet videlicet IIII<sup>or</sup> florenorum pro dictis duobus rublis quos IIII<sup>or</sup> florenos presentialiter et numeraliter habuit et recepit IIII<sup>or</sup> florenos a dicto Sabba etc. de quibus etc. et renumpsiavit etc. et ad hec Stefanus Georgii Petri Sabbe de regione Montium sponte fideiussit<sup>(b) \*\*\* (c)</sup>  
f. 37r Actum ante domum dicti Sabbe, presentibus hiis testibus, scilicet Petro dello Viechio dicto Petuyo Francisco Iacobelli de regione Pinee et Petro della Celsa de regione Trivii.

a) Depennato “ius” b) Depennato “in” c) L’atto è stato interrotto: segue il successivo f. 37r per due terzi in bianco fino all’“Actum”.

**39.**

**1398, marzo 3**

f. 37v Indictione VI<sup>a</sup>, mense martii die tertio.  
In presentia mey notarii etc. Paulus Cole Ricii de regione Montium sponte vendidit Sabbe de Serromanis de regione Pinee, presenti etc. idest duo rubla boni puri et necti grani sine malitia ad mensuram senatus Urbis, que duo rubla dicti grani promisit dictus Paulus eidem Sabbe assignare in proximis futuris recollectionibus huius presentis anni omnibus espensis dicti Pauli in domo dicti Sabbe etc. Hanc autem venditionem fecit dictus Paulus eidem Sabbe, presenti etc. pro pretio et nomine pretii duorum florenorum pro quolibet rublo, videlicet IIII<sup>or</sup> florenos pro dictis duobus rublis quos IIII<sup>or</sup> florenos et pretium predictum presentialiter et numeraliter habuit et recepit a dicto Sabba, de quibus etc. et renumpsiavit etc. pro quibus etc. obligavit et ad hec precibus dicti Pauli Cecchus Mathey dictus Ceccharone de regione Campitelli sponte fideiussit pro  
f. 38r dicto Paulo penes dictum Sabbam presentem etc. \*\*\*<sup>(a)</sup>  
Actum ante domum dicti Sabbe, presentibus hiis testibus, scilicet Paulo de Serromanis, Vergaro Scandriglia de regione Pinee et Paulo Mactana de dicta regione.

<sup>a)</sup> Il formulario dell'atto è interrotto: segue il restante foglio in bianco fino all'“Actum”

40.

1398, febbraio 14

f. 35v

Indictione VI<sup>a</sup>, mense february die XIII<sup>or</sup>.

Paulo Pingnatella solidi

Vanolo casengo solidi VI [pro Sorice]\*

Antonio Amaçalasin florenus ½


Gilio de Orte solidi V [pro Paulo Pingnatella]\*

pro Angnilo de Viterbio

Iohanne de Nata et

Iohanne de Tuscanella [pro Iohanne pellario]\*

Actum in ecclesia seu monasterii Sancti Alexii, presentibus hiis testibus, fratre Iuliano Stefani monaco Sancti Alexii et Laurentio Rensolini de regione Pinee.



1.

1398, marzo 10

f. 1r

In<sup>(a)</sup> nomine Domini amen. Anno Domini millesimo III<sup>c</sup>LXXXVIII pontificatus domini Bonifatii pape noni, indictione VI<sup>a</sup>, mense martii die X<sup>o</sup>.

In presentia mey notarii etc. Cola Anthonii Sabboce dictus Sabbocella de regione Montium sponte vendidit Sabbe de Serromanis de regione Pinee, presenti etc. idest unum rublum boni puri et necti grani sine malitia ad mensuram senatus Urbis, positum in domo dicti Sabbe quod rublum dicti grani promisit dictus Cola dare tradere et assignare in proximis recolleti[onibus] huius presentis anni cum omnibus expensis etc. Hanc autem venditionem fecit dictus Cola eidem Sabbe, presenti etc. pro pretio et nomine pretii duorum florenorum auri ad rationem XLVII solidorum provisinorum pro quolibet florenos quos duos florenos nunc presentialiter et numeraliter habuit et recepit a dicto Sabba. de quibus post ipsam receptionem se contentum vocavit etc. et renumpsiavit etc. pro quibus etc. obligavit etc. et voluit etc.

Actum ante domum dicti Sabbe, presentibus hiis testibus, scilicet Cola della Tenta de regione Pontis et Anthonio Gualterii de dicta regione ad predicta vocatis et rogatis.

<sup>a)</sup> L'espressione che segue fino a "papa noni" è stata inserita sul margine superiore del foglio per precisare la collocazione del quaderno nell'ambito della datazione del protocollo.

2.

1398, marzo 10

f. 1v

Indictione VI<sup>a</sup>, mense martii die X<sup>o</sup>.

In presentia mey notarii etc. Iohannes de Bulgaminis dictus Ianniello de regione Colupne procurator constitutus ad investiendum infrascriptum Nicolaum de infrascripta medietate

XLIII<sup>or</sup> petiarum terrarum pro parte vineatarum et pro parte non, positarum in loco qui dicitur La Valle dello Cancellieri secundum quod apparet in istrumento venditionis facte infrascripto Nicolao per dominum Iohannem et dominum Petrum filios quondam Cancellarii de Montenegro et dominum Thomasci fratrem dicti quondam Cancellarii et dominam Cilempnam uxorem dicti quondam Cancellarii scripto manu domini Iohannis de Sancto Pantaleo canonici Lateranensis notarii publici investivit et in vacuam et tenutam<sup>(a)</sup> possessionem misit et posuit Nicolaum de Porcariis de regione Pinee, presentem et recipientem et legitime stipulantem pro se et suis heredibus et successoribus etc. idest de integra medietate XLIII<sup>or</sup> petiarum terrarum vineatarum pro parte et pro parte non secundum quod in dicto instrumento continetur iunctarum pro indiviso<sup>(b)</sup> cum alia medietate heredum quondam Bernardi filii quondam dicti Cancellarii de Montenegro et Laurentii quondam fratris dicti Bernardii que omnes dicte terre posite sunt extra portam Populi in loco qui dicitur

f. 2r

La Valle dello Cancellieri ut terminatur suis finibus contentis in dicto instrumento venditionis vendita per supradictos dominum Iohannem et dominum Petrum domini Thomascii et dominam Cilepnam eidem Nicolao etc. cum omnibus iuribus et pertinentibus suis et cum introytibz et exitibus suis etc. imponendum eidem Nicolao de terra de ramis arborum et vituum in dictis terris existentibus in singnum vere possessionis etc. imponendum etiam dictus procurator in manibus dicti Nicolai cancellum et serrimina<sup>(c)</sup> dicte Vallis videlicet dictarum XLIII<sup>or(d)</sup> petiarum terre predictae in singnum vere possessionis dicte medietatis vendite eidem Nicolao ut superius est expressum nullo iure eidem procuratori in predicta medietate nullatenus reservato etc. et hoc fecit dictus procurator eidem Nicolao, presenti et recipienti ut supra omni meliori modo via iure et fortuna quibus melius fieri potuit et debuit etc.

Actum in loco predicto, presentibus hiis testibus, scilicet Bartellutio Petri Bellihominis de regione Colupne et Anthonio Tutii Mani calculario olim de Civita Castellane et nunc de regione Pinee.

<sup>a)</sup> Così P <sup>b)</sup> Corretta la desinenza grammaticale del precedente "indivisis" <sup>c)</sup> Così P con un superfluo segno di abbreviazione di "r"

<sup>d)</sup> Depennato "V" dal precedente "XLVIII".

3.

1398, marzo 10

f. 2v

Indictione VI<sup>a</sup>, mense martii die X<sup>o</sup>.

In presentia mey notarii etc. nobilis domina domina Catherina uxor Sabbe de Serromanis de regione Pinee cum consensu dicti Sabbe viri sui, presentis etc. sponte dat ad pensionem Petrucio Iohannis de Tybure, presenti etc. calculario unam domum ipsius domine positam in regione Parionis, videlicet desuptus tantum pro uno anno proxime futuro incipiendo die XVII presentis mensis et finiendo ut sequitur etc. Hanc autem dationem fecit dicta domina eidem Petrucio pro pretio VI florenorum anno quolibet, de quibus nunc presentialiter recipit dicta domina tres florenos residuum promisit solvere in principio alterius medii anni etc. pro quibus etc. obligavit etc. et renumpsiavit etc.

Actum ante domum dicti Sabbe, presentibus hiis testibus, scilicet Gocifredo cappellano in ecclesia Sancte Marie Maioris, domino Riccardutio de Surdis et Iohanne Todino de regione Pinee.

4.

1398, marzo 17

f. 3r

Indictione VI<sup>a</sup>, mense martii die XVII<sup>o</sup>.

In presentia mei notarii etc. Cecchus dello Cacchio de civitate Tyburis olim et nunc de regione Pinee sponte constituit suum procuratorem Lellum Luççoli dello Poccho de regione Sancti Angeli notarium, absentem etc. ad omnes suas causas etc. et maxime ad petendum nomine ipsius Cecchi et pro eo certam quantitatem pecunie que est pro suo salario unius anni quo servivit in factoria et pro factore stetit cum abbatissa et monialibus monasterii Sancte Angnetis extra muros Urbis ab ipsa abatissa et monasterio predicto etc. et generaliter etc. et promisit etc. relevans etc. pro quibus etc. obligavit etc. et renumpsiavit etc.

Actum in domo Nicolai Anthonii de regione Pinee, presentibus Francisco Nicolai Truccoli notario, Palutio Petri Guictonis et Paulo Nannoli de regione Pinee ad predicta vocatis et rogatis.

5.

1398, marzo 23

f. 3v

Indictione VI<sup>a</sup>, mense martii die XXIII<sup>o</sup>.

In presentia mei notarii etc. Cola Anthonii Sabbocte dictus Sabboctella de regione Montium sponte vendidit Sabbe de Serromanis de regione Pinee, presenti etc. idest unum rublum boni puri et necti grani sine malitia ad mensuram senatus Urbis, quod promisit dictus Cola eidem Sabbe assignare in proximis recollectionibus huius anni presentis in domo dicti Sabbe omnibus expensis dicti Cole etc. Hanc autem venditionem fecit dictus Cola eidem Sabbe, presenti etc. pro pretio et nomine pretii duorum florenorum auri ad rationem XLVII solidorum provisinorum pro<sup>(a)</sup> dicto rublo quos presentialiter et numeraliter habuit et recepit a dicto Sabba, de quibus etc. et renumpsiavit etc. pro quibus etc. et obligavit etc. et voluit etc.

Actum in domo dicti Sabbe, presentibus Colutia Rentie calculario de regione Pinee et Luca de Castello calculario de regione Montium.

<sup>a)</sup> Depennato "q".

6.

1398, marzo 30

f. 4r

Indictione VI<sup>a</sup>, mense martii die XXX<sup>o</sup>.

In presentia mei notarii etc. Colutia filius quondam Tutii Matii de regione Pinee qui iuravit etc. et Andreas Cole Iacobelli dictus Chica de regione Campimartis ipsi et quilibet ipsorum in solidum uno solvente alter liberetur sponte presentialiter et numeraliter et manualiter habuerunt et receperunt in depositum nomine et causa depositi ut boni et legales depositarii a Bartholomeo Iohannis Ceccholi pellario de regione Pinee, presente et deponente et recipiente et legitime stipulante pro se et suis heredibus et successoribus idest centum florenos auri ad rationem XLVII solidorum provisinorum pro quolibet floreno de quibus C florenis ad rationem predictam post ipsam receptionem dicti depositarii sese bene quietos et pacatos vocaverunt et renumpsiaverunt exceptioni non solutorum non numeratorum non assignatorum et non ponderatorum dictorum C florenorum et

f. 4v

depositi predicti non habiti et non recepti etc. quos C florenos ad rationem predictam et depositum predictum dicti depositarii et quilibet ipsorum in solidum promiserunt eidem Bartholomeo, presenti et stipulanti ut supra tenere custodire et salvos facere omni ipsorum et cuiuslibet ipsorum resicu periculo et fortuna scilicet incendii naufragii furti rapine exfortiamenti etc. et promiserunt etiam dicti Colutia et Andreas et quilibet ipsorum in solidum eidem Barthomeo, presenti et stipulanti ut supra et michi notario stipulanti pro eis redere et restituere ad omnem petitionem et voluntatem ipsius Barthomey vel suorum heredum et successorum etc. cum omnibus dampnis et expensis etc. pro quibus observandis obligaverunt dicti depositarii et quilibet ipsorum in solidum eidem Bartholomeo presenti et stipulanti ut supra omnia ipsorum et cuiuslibet ipsorum bona mobilia et immobilia

f. 5r

presentia et futura que bona quantum ad hec precario nomine ipsius Barthomey tenere et possidere promiserunt etc. renumpsiantes in hiis ferris diebus feriatis et non feriatis legi cedo bonis epistole divi Adriani nove constitutionis beneficio de duobus vel pluribus reis debendis etc. et generaliter renumpsiaverunt omnibus aliis statutis legibus capitulis quibus contra presens contractum venire possent etc. et voluerunt pro predictis posse cogi compelli et conveniri omni tempore ferriato vel non ferriato et in omni curia tam ecclesiastica quam seculari et coram quocumque iudice vel auditore delegato scriptore vel subdelegato etc. et promiserunt dicti depositarii et quilibet ipsorum, in solidum eidem Bartholomeo stipulanti ut predicta actendere et observare sub pena unius libre auri qua soluta vel non etc.



Actum in regione Pinee in porticali domus ecclesie Sancti Stefani de Pinea, site in platea Camilgiani, presentibus hiis testibus, Anthonio Bartholomey dicto Roscio et Luca Petrutii Iubilly et Cassio pellario de regione Pinee.

7.

1398, aprile 6

- f. 5v Indictione VI<sup>a</sup>, mense martii die VI<sup>o</sup>.  
In presentia mei notarii etc. Nicolaus Iacobi calsolarius de regione Pinee cum consensu et voluntate domine Iohanne matris sue et domine Iohanne uxoris dicti Colutie, presentium et consensientium etc. et que domine primo renumpiaverunt omni earum et cuiuslibet ipsarum iuribus dotis donationis propter nuptias alimentorum palafernorum et omni alio iuribus etc. hoc die presente vendiderunt sua bona voluntate Anthonio Rubey Amati olim de castro Mareni et nunc de regione Pinee, presenti etc. idest vites et arbores duarum petiarum fructiferas et infructiferas in eis existentes plus vel minus quantitatis sunt cum parte vasche vascalis et tini et cum<sup>(a)</sup> canneto infra se et cum introitibus et exitibus suis etc. que vinee posite sunt extra portam Sancti Pauli in loco qui dicitur lo Monte de Castangniola in proprietate ecclesie Sancte Marie de Caccabariis ad respondendum annuatim dicte ecclesie duos canistros uvarum more romano et IIII<sup>tam</sup> partem totius musti et acquati omni anno etc.<sup>(b)</sup> inter hos fines, ab uno latere tenet dictus Colutia ab alio tenet \*\*\*\*<sup>(c)</sup> et per Petrum Mactana testem infrascriptum quem dictus venditor suum procuratorem constituit ad investiendum dictum emptorem de vinea predicta cum iuribus et pertinentiis suis
- f. 6r et donec fuerit investitus dictus Colutia se precario nomine et dicti Anthonii emptoris tenere et possidere recongniovit etc. reservato iure proprietatis etc. vendidit etiam dictus Colutia cum consensu ut supra eidem Anthonio, presenti et stipulanti ut supra omnia iura etc. nullo iure in predictis rebus venditis eidem Colutia aliquo modo reservato scilicet<sup>(d)</sup> in locum et privilegium ipsius Colutie venditoris dictus Anthonius emptor proprio nomine agat recipiat excipiat et defendat utatur fruatur etc. Hanc autem venditionem fecit dictus Nicolaus venditor cum consensu ut supra eidem Anthonio emptori presenti et recipienti ut supra pro pretio et nomine pretii<sup>(e)</sup> XLV florenorum ad rationem XLVII solidorum provisinorum pro quolibet floreno, de quibus nunc presentialiter et numeraliter et manualiter habuit et recepit XIII<sup>or</sup> florenos ad rationem predictam, residuum vero usque in dictam quantitatem confessus fuit recepisse, de quibus<sup>(f)</sup> XIII<sup>or</sup> florenis auri ad rationem predictam et residuo predicto post ipsam receptionem et confessionem sese bene quietum et contentum et pacatum vocavit et renumpiavit exceptioni non solutorum non numeratorum non assigniatorum non receptorum dictorum XLV florenorum et pretii predicti non habiti et non recepti etc. promisit etiam
- f. 6v dictus Nicolaus venditor cum consensu ut supra eidem Anthonio emptori presenti et stipulanti ut<sup>(g)</sup> et michi notario recipienti pro eo quod dicta vinea vendita cum iuribus et pertinentiis suis est ipsius Nicolay et ad eum spectat et pertinet pleno iure et quod nemini persone est vendita per eum etc. et si contrarium aliquo tempore appareret voluit de evictione in forma secundum quod iura volunt et prout evictio sonat in iure etc. pro quibus omnibus observandis et pleniter adimplendis dictus Nicolaus venditor cum consensu ut supra obligavit eidem emptori, presenti et stipulanti etc. omnia et singula bona ipsius mobilia et immobilia presentia et futura etc. et voluit dictus venditor pro predictis posse cogi et constringni omni tempore etc. et in omni curia etc. et promisit dictus venditor predicta omnia et singula eidem emptori, presenti et stipulanti ut supra perpetuo actendere et observare sub pena unius libre auri qua soluta vel non hec omnia semper firma perdurent.

Actum in regione Pinee in domo dicti Nicolay, presentibus hiis testibus, scilicet domino Francischo Bonianni Ricciutoli, Petrutio filio naturali Gulghiermi de Rubey et Petro Mactana, de regione Pinee ad predicta vocatis et rogatis.

<sup>a)</sup> Depennato “v” <sup>b)</sup> L’espressione che segue fino “ab alio tenet” è stata annotata nel margine inferiore del foglio e ad essa rimanda un segno convenzionale <sup>c)</sup> L’indicazione degli altri confini è stato omessa probabilmente anche per la difficoltà di scrivere in forma intelligibile sull’estremo residuo del foglio <sup>d)</sup> Come sembra <sup>e)</sup> Depennato “XLIV” <sup>f)</sup> Depennato “part” <sup>g)</sup> Omesso “supra”.

8.

1398, aprile 6

- f. 7r Eodem anno, mense, indictione, pontificatu et die coram dictis testibus.  
In presentia mei notarii etc. Anthonius Rubey Amati olim de castro Mareni et nunc de regione Pinee et domina Mathiutia uxor eius cum consensu et voluntate dicti Anthonii eius viri, presentis et consensientis etc. sponte ipsi et quilibet ipsorum in solidum<sup>(a)</sup> ut boni et legales depositarii, uno solvente alter liberetur, presentialiter et numeraliter habuerunt et receperunt in depositum nomine et causa depositi a Nicolao Iacobi calsolario de regione Pinee, presente et deponente videlicet XXXI florenos auri ad rationem XLVII solidorum pro quolibet floreno, de quibus XXXI florenis ad rationem predictam presentialiter et manualiter habuerunt et receperunt XIII<sup>or</sup> florenos residuum vero confessi fuerunt recepisse et habuisse, de quibus etc. et renumpiaverunt etc. quos XXXI florenos auri ad rationem predictam et depositum predictum promiserunt dicti Anthonius et eius uxor et quilibet ipsorum in solidum eidem Nicolao, presenti et stipulanti ut supra

tenere et custodire et salvos facere omni ipsorum et cuiuslibet ipsorum resicu periculo et fortuna scilicet incendii naufragii furti rapine exfortiamenti et cuiuslibet alterius fortuitus etc. quos

f. 7v

XXXI florenos ad rationem predictam et depositum predictum predicti depositarii et quilibet ipsorum in solidum eidem Nicolao, presenti et recipienti ut supra redere et restituere in tempore et infra spatium temporis duarum vendemmiarum proxime futurarum cum omnibus dampnis et expensis etc. pro quibus omnibus et singulis observandis dicti depositarii et quilibet ipsorum in solidum obligaverunt eidem Nicolao, presenti et stipulanti ut supra omnia ipsorum et cuiuslibet ipsorum bona mobilia et immobilia presentia et futura etc. et maxime unam vineam duarum petiarum plus vel minus quanta est videlicet vitum et arborum fructiferorum et infructiferorum in eis existentium ipsorum que vinea posita est extra portam Sancti Pauli in loco qui dicitur lo Monte de Castangniola cum parte vasche vaschalis et tini et cum canneto inter hos fines, ab uno latere tenet dictus Nicolaus \*\*\*\*\* vel si qui etc. ad respondendum annuatim ecclesie Sancte Marie de Caccabariis duos canistros uvarum more solito et III<sup>am</sup> partem totius musti et acquati etc. et renumpiaverunt etc. et voluerunt etc. et promiserunt etc.

Actum in domo dicti Nicolay deponentis \*\*\*<sup>(b)</sup>

<sup>a)</sup> Depennato “unus alteri consensiente” <sup>b)</sup> L’annotazione dell’“Actum” si interrompe con la fine del foglio; segue in bianco il successivo f. 8r.

## 9.

1398, aprile 9

f. 8v

Indictione VI<sup>a</sup>, mense aprilis die VIII<sup>or</sup>

In presentia mei notarii etc. Stefanus Iohannis Nardi Iohannis Colupne olim de civitate Penestre et nunc de regione Pinee cum consensu et voluntate dicti Iohannis eius patris, presentis et consensientis etc.<sup>(a)</sup> cum consensu Iohannis calularii de regione Trivii patris infrascripti Vannotie<sup>(b)</sup> uxoris dicti Stefani, sponte vendidit<sup>(c)</sup> et venditionis titulo dedit<sup>(d)</sup> cessit et concessit<sup>(e)</sup> Petro Cole Andreutii de regione Pinee, presenti et recipienti etc. idest unam vineam unius petie tantum videlicet vites et arbores fructiferas in ea existentes plus vel minus quanta est, positam in et super proprietatis ecclesie Sanctorum Sergii et Bacchi ad respondendum annuatim dicte ecclesie<sup>(f)</sup> videlicet unum canistrum uvarum et III<sup>am</sup> partem totius musti et acquati anno quolibet tempore vendemmiarum iure proprietatis semper salvo que vinea habet medietatem vasche vaschalis et tini et cum canneto in ea existente cum iuribus et pertinentiis ipsius, que vinea cum iuribus et pertinentiis suis posita est extra portam Sancti Iohannis Lateranensis in contrada que dicitur lo Trepiccione, inter hos fines ab uno latere tenet Cola Ciappa de regione Montium iure proprietatis dicte ecclesie, ab alio tenet

f. 9r

Sclavolinus de regione Pinee, ab alio tenet vinea que olim fuit uxoris Cecchi de Saxis de regione Pinee<sup>(g)</sup> ab alio est viculus vicinalis vel si qui etc. ad habendum tenendum etc. et per Lucam Pagani de regione Sancti Heustachii, presentem etc. testem infrascriptum quem dictus venditor suum procuratorem constituit cum consensu ut supra ad investiendum dictum emptorem cum iuribus et pertinentiis suis etc. vendidit etiam dictus venditor cum consensu ut supra eidem emptori, presenti et recipienti ut supra, omnia iura etc. Hanc autem venditionem fecit dictus venditor cum consensu ut supra eidem emptori, presenti et recipienti ut supra pro pretio et nomine pretii XXVII florenorum auri ad rationem XLVII solidorum pro floreno<sup>(h)</sup> quos XXVIII florenos nunc presentialiter dictus Stefanus habuit et recepit, de quibus etc. et renumpiavit etc. promisit quod dictus Stefanus<sup>(i)</sup> cum consensu ut supra eidem emptori possidere ut supra quod dicta vinea est ipsius venditoris et ad eum spectat pleno iure etc. et si contrarium appareret voluit teneri de evictione in forma secundum quod iura volunt,

f. 9v

promisit etiam dictus Stefanus facere consentire dominam Vannotiam eius uxorem filiam dicti Iohannis et presbiterum dicte ecclesie cum omnibus curis etc.

Actum ante ecclesiam Sancti Iohannis de Pinea, presentibus hiis testibus, scilicet Paulo Nicolai de Porcariis, Stefanello Petrigani et Cola Nutii Tellonis de regione Pinee<sup>(j)</sup> et presbitero Iacobo rectore ecclesie Sancti Iohannis de Pinea ad hec vocatis et rogatis.

<sup>a)</sup> L’espressione che segue fino a “Stefani” è stata annotata sul margine inferiore del foglio e ad essa rimanda un segno di richiamo

<sup>b)</sup> Depennato “eius” <sup>c)</sup> Corretta l’espressione sul precedente “vendiderunt” <sup>d)</sup> Corretta l’espressione sul precedente “dederunt”

<sup>e)</sup> Depennato “domine” <sup>f)</sup> Depennato “unam III<sup>am</sup>” <sup>g)</sup> L’espressione che segue fino a “vicinalis” è stata annotata nell’interlinea superiore e ad essa rimanda un segno di richiamo <sup>h)</sup> Depennato “d” <sup>i)</sup> Depennato “eidem” <sup>j)</sup> Depennato “ad hec vocatis et rogatis”.

## 10.

1398, aprile 9

f. 10r

Eodem anno, mense, indictione, pontificatu et die et coram dictis testibus.

In presentia mei notarii etc. Iohannes Cursale de regione Trivii calsolarius sponte presentialiter et numeraliter habuit et recepit a Iohanne Nardi Iohannis Colupne olim de civitate Penestre nunc de regione Pinee et Stefano eius filio, presentibus etc. idest XXVI florenos auri ad rationem XLVII solidorum provisinorum pro quolibet floreno qui XXVI floreni auri ad rationem predictam sunt pecunia et pars pecunie dotalis Vannotie filie ipsius Iohannis Cursalis et uxoris dicti Stefani \*\*\*<sup>(a)</sup>

<sup>a)</sup> Il formulario dell'atto è stato interrotto: segue in bianco la metà del foglio.

## 11.

1398, aprile 9

f. 10v Eodem<sup>(a)</sup> anno, mense, indictione, pontificatu et die et coram dictis testibus.  
In presentia mei notarii etc. Iohannes Cursale de regione Trivii sponte renumpiavit et refutavit et per pactum de ulterius non petendo remisit Iohanni Nardi Iohannis Colupne et Angnilo Anthonii olim de civitate Penestre et nunc de regione Pinee, presentibus etc. idest omnia iura omnesque actiones etc. \*\*\*<sup>(b)</sup>

<sup>a)</sup> Depennato "Indictione" <sup>b)</sup> Il formulario dell'atto è stato interrotto: seguono in bianco due terzi del foglio e il successivo f. 11r.

## 12.

1398, aprile 9

f. 11v Indictione VI<sup>a</sup>, mense aprilis die VIII<sup>or</sup>  
In presentia mei notarii etc. Petrus Cole Andreutii de regione Pinee qui iuravit etc. sponte obligavit et loco pingnioris dotalis posuit domine Ritotie filie quondam Iohannis Cemini de regione Pinee<sup>(a)</sup> uxoris dicti Petri, presenti etc. quia tempore contracti matrimonii inter dictum Petrum et dictam Ritotiam non fuit per dictum Petrum facta cura et cautela dotalis ipsius Ritotie de pecunia recepta pro dote ipsius Ritotie etc. idest unam vineam unius petie videlicet vitum et arborum fructiferorum in ea existentium plus vel minus quanta est cum parte vasche vascalis et tini et cum canneto infra se que omnia posita est super proprietate ecclesie Sanctorum Sergii et Bacchi de regione Montium ad respondendum annuatim dicte ecclesie unum canistrum uvarum  
f. 12r et III<sup>tam</sup> partem totius musti et acquati etc. inter hos fines, ab uno latere tenet Cola Cioppa ab  
f. 12v alio tenet Scavolinus \*\*\*<sup>(b)</sup> et generaliter omnia bona mobilia et immobilia ipsius Petri \*\*\*<sup>(c)</sup>  
Actum ante domum quondam Cralley de regione Pinee, presentibus hiis testibus, scilicet Cola Nutii Tellonis, Bartellutio eius fratre de regione Pinee et Luca Pagani de regione Sancti Eustachii.

<sup>a)</sup> Depennato "presenti etc." <sup>b)</sup> Il formulario del documento si interrompe: segue uno spazio bianco corrispondente a 3 righe <sup>c)</sup> Il formulario del documento si interrompe: segue uno spazio bianco fino alla fine del foglio corrispondente ad 8 righe e il successivo f. 12v fino all'"Actum".

## 13.

1398, aprile 10

f. 13r Indictione VI<sup>a</sup>, mense aprilis die X<sup>o</sup>.  
In presentia mei notarii etc. domina Iohanna filia quondam Tutii de Ponte et uxor quondam Angnielutii iubarellarii de regione Arenule sana mente corpore et conscientia pura timens casum future mortis quia nil incertius hora mortis et nil certius<sup>(a)</sup> morte nollens decedere intestata idcircho suum nuncupativum condidit testamentum quod iure civili dicitur sine scriptis in quo quidem suo testamento sibi heredes instituit tres pauperes Christi quibus et cuilibet ipsorum relinquit XII denarios provisini senatus et fuit eos contentos etc. Item reliquit ecclesie Sancte Marie Nove de Urbe et ecclesie Sancte Marie de Monticellis unam domum ipsius domine, positam in regione Arenule terrineam et solaratam liberam et exemptam ab omni honore et census servitutis, inter hos fines, ab uno latere tenet domus Iohannis Branche ab alio tenet ortus Angnielutii generis Iohannis Tubecte, ante est via publica, retro tenet ortus Lelli Ciani pro anima mea videlicet cuilibet dictarum ecclesiarum medietatem dicte domus<sup>(b)</sup> pro anima mea<sup>(c)</sup> et dicti Angnielutii quondam viri sui et filiorum suorum. Item reliquit domine Perne uxori  
f. 13v quondam Nutii Tellonis de regione Pinee sue sorori germane ex parte patris ipsius domine Iohanne<sup>(d)</sup> et domine Theodore filie quondam Santi Calisti fratris ipsius domine Iohanne nepoti sue, videlicet omnes et singulas meas massaritias res bona et suppellectilia que nunc habet in domo sua et post mortem suam reperirentur in domo sua vel alibi ubicumque videlicet cuilibet ipsarum pro medietate et pro equali portione, que massaritie et bona sunt hec. In primis VIII petii ramis videlicet callarie, conche et callarotii. Item una cultra panni lini. Item duo mataratii de paliocto et generaliter omnia alia bona sua etc. que reperirentur et si tempore mortis sue supradicta bona mobilia reperirentur quod fiant funeralia et exequium<sup>(e)</sup> sui corporis ad discretionem infrascripti sui<sup>(f)</sup> executoris. Item iuxit corpus meum seppelliri in ecclesia Sancte Marie de Monticellis predictae et in casu quo dicta bona mobilia non reperirentur tempore mortis sue quod fiat exequium et funeralia de domo predicta omnibus expensis dictarum ecclesiarum videlicet quilibet ipsarum pro  
f. 14r medietate<sup>(g)</sup>. Executores huius sui<sup>(h)</sup> testamenti et sue<sup>(i)</sup> ultime voluntatis reliquit dictam dominam Pernam sororem suam, presentem etc. cui dedit plenam licentiam omnia bona sua apprehendenda etc. hoc est suum ultimum testamentum et ultima sua voluntas<sup>(j)</sup> quod voluit valere iure testamenti et si non valeret iure testamenti valeat iure coticillorum et si non valeret iure coticillorum valeat et valere voluit iure donationis causa mortis et omni alio iure etc.

Actum ante domus Laurentii de Varsellonibus de regione Pinee, presentibus hiis testibus, scilicet Petrutio Iohannis Nardi de Porcariis, Nardo eius fratre, Paulo Pectinario, Sabbatiello Mathey, Linano calsolario, Iohanne Angnielutii ferrario, Anthonio Iohannis de Cannada et Dominicutio Angnielutii.

<sup>a)</sup> Depennato “et” <sup>b)</sup> Depennato “Item” <sup>c)</sup> Corretto sul precedente “sua” <sup>d)</sup> L’espressione di parentela che segue fino a “sue” è stata annotata nell’interlinea superiore con un segno di richiamo <sup>e)</sup> Corretto sul precedente “mei” <sup>f)</sup> Corretto sul precedente “mey” <sup>g)</sup> Depennato “et hoc” <sup>h)</sup> Corretto sul precedente “mei” <sup>i)</sup> Corretto sul precedente “mee” <sup>j)</sup> Depennato “h”.

#### 14.

1398, aprile 14

- f. 14v In nomine Domini amen. Indictione VI<sup>ta</sup>, mense aprilis die XIII<sup>or</sup>.  
In presentia mey notarii etc. Santinus Petri Omniasancti de regione Trivii sponte vendidit et venditionis titulo cessit et concessit Stefano Iohannis de regione Pinee et olim de Penestre, presenti etc. idest VI salmas boni et puri musti ad mensuram senatus Urbis quas VI salmas promisit dictus Santinus eidem Stefano assignare in proximis vendemiis huius anni de vineis ipsius Santini videlicet tres salmas de vinea quam habet extra portam Santi Pauli et alias tres de vinea quam habet in Vivaro cum omnibus dampnis etc. hanc autem venditionem fecit pro pretio et nomine pretii V librarum provisinorum pro quolibet salma videlicet XXX libras pro omnibus dictis salmis quas XXX libras presentialiter et numeraliter habuit et recepit, de quibus etc. renumpsiavit etc. pro quibus etc. et obligavit etc. et renumpsiavit etc. et voluit etc. et ad hec precibus dicti Santini et pro eo  
Andreas Nutii Petri Gualterii de regione Montium  
Anthonius Pauli Tomaxii de regione Trivii  
ipsi et quilibet ipsorum in solidum sponte fideiusserunt
- f. 15r pro dicto Santino penes dictum Stefanum, presentem et stipulantem ut supra <sup>\*\*\*</sup> <sup>(a)</sup>  
Actum ante domum Matheuli Capucie de regione Trivii, presentibus hiis testibus, scilicet <sup>(b)</sup> Iohanne Cursale, Petrutio Silvestri, Rentio Meuli Iannoni de regione Trivii.

<sup>a)</sup> Il formulario si interrompe: segue in bianco il restante foglio fino all’“Actum” <sup>b)</sup> Depennato l’abbreviazione del nome “Iohanne” poi ripetuto per intero.

#### 15.

1398, aprile 14

- f. 15v Indictione VI, mense aprilis die XIII<sup>or</sup>.  
In presentia mei notarii etc. Butius Toççoli dictus alias Malgiara de regione Sancti Angeli sanus mente corpore et conscientia pura timens casum future mortis quia nil certius mortis et nil incertius hora eius nollens decedere intestatus idcircho hunc suum nuncupativum condidit testamentum quod iure civili dicitur sine scriptis in quo quidem suo testamento sibi heredes universales instituit Lellam filiam suam et uxorem Palutii Petri Guictonis de regione Pinee et dominam Margaritam uxorem suam quibus et cuilibet ipsorum relinquo omnia bona mea <sup>(a)</sup> preter infrascripta legata et relicta. Item relinquo dicte domine Margarite uxori mee quinquaginta libras provisinorum senatus que sunt dos quam recepi ab ea tempore contracti matrimonii inter ipsum et ipsam. Item reliquit <sup>(b)</sup> ultra predicta lomprilia (?) nova valoris XVI florenorum.
- f. 16r Item reliquit dictis dominabus Lelle et Margarite filie et uxori sue omnes et singulas massaritas suppellectilia rame ferrum arma offendibilia et defendibilia ad usum hominis, pannos lane et lini que et quas nunc habet et post mortem suam reperirentur in domo <sup>(c)</sup> sue habitationis vel ubicumque reciperirentur videlicet medietatem dictarum massaritarum quarum alia medietate est Cole nepotis sui et relicta per quondam dominam Romanam uxorem suam et omnia paternam dicti Cole <sup>(d)</sup> videlicet cuilibet ipsarum Lelle et Margarite pro equali portione. Item reliquit Vannotie filie dicte Lelle filie sue et nepoti sue unum par cosinorum quod habuit a dicta Romana uxor sue et unam callariam heris quam habuit a dicta quondam uxore sua si tempore mortis sue reperirentur. Item reliquit <sup>(e)</sup> pro anima sua pro missis cantandis XXV libras provisinorum senatus distribuendas per infrascriptos suos executores.
- f. 16v Item reliquit et iuxit corpus suum seppelliri in ecclesia Sancti Valentini de contrada Pescine et in dicta ecclesia debeant dicte misse celebrari. Item reliquit dicte domine Margarite uxori sue unum par linteaminum panni lini quod reperiretur tempore sue mortis in domo sua. Item reliquit defensorem et custodem dicte uxoris sue Nicolaum Cecchi Maccabey de regione Sancti Angeli. Item reliquit quod exequium et funeralia fiant ad discretionem executorum suorum. Item reliquit Societatis Recomendatorum Sanctorum XL pro anima sua X libras provisinorum senatus pro missis cantandis. Item reliquit et confirmavit testamentum actenus factum per dictam Romanam quondam uxorem suam in quo reliquit medietate dotis sue <sup>(f)</sup> post mortem dicti Butioli testatoris verum tamen quod primo et ante omnia detrahantur medietas expensis factarum
- f. 17r per dictum testatorem in exequio corporis dicte quondam uxoris sue et medietas relicti facti per dictam quondam uxorem suam et in casu quo dictus Cola nepos suus decederet sine legitimis filiis quod moriatur

pro anima mea ad discretionem suorum executorum. Executores suos et dicti sui ultimi testamenti reliquit dictam Lellam et dominam Margaritam.

Actum in domo Palutii Petri Guictoni de regione Pinee, presentibus Petrutio Iohannis domini Iacobi, Marco Iotiii de Petrillis, Tutio Nutii Cencis dictis Alsatello, Iohanne Cecchi Scorsolini, Sabbapaulo pictore, Petro Mactana, Iohanne Laurentii de Serromanis de regione Pinee.

<sup>a)</sup> Corretto sul precedente “sua” <sup>b)</sup> Così P e nei casi che seguono. <sup>c)</sup> Depennato “mee” <sup>d)</sup> Depennato “Item” <sup>e)</sup> P “reliquid” e così nei casi che seguono nel presente testamento <sup>f)</sup> Depennato “port”.

## 16.

1398, aprile 14

f. 17v Indictione VI, mense aprilis die XIII<sup>or</sup>.  
In presentia mei notarii etc. Bonaventura Iohannis olim de civitate Urbeveteri<sup>(a)</sup> et nunc de regione Pinee ad artem taberne et stare et hobedire mandato dicti Francisci in vendendo vinum et in eo quod sit licitum et honestum pro uno anno proxime futuro incepto die X<sup>o</sup> huius mensis et finiendo ut sequitur. Hanc autem locationem dictus Bonaventura fecit eidem Francisco, presenti et stipulanti pro pretio et nomine pretii XV florenorum et unus quarti alterius floreni pro toto dicto anno et dictus Franciscus promisit eidem Bonaventure dare omnes et singulas expensas necessarias ad vitam ipsius<sup>(b)</sup> Bonaventure dicto anno durante quos XV florenos et unum quartum et pretium predictum promisit dictus Franciscus eidem Bonaventure solvere in hunc modum videlicet hinc ad tres dies unum florenum et expletis tribus mensibus solvere residuum usque in III<sup>iam</sup> partem dictorum XV florenorum et unius quarti et sit deinceps singulistribus mensis abiudicata in antea aliam quartam partem etc. itaque dicto anno expleto erit per eundem Franciscum integre satisfactionem etc. et dictus Bonaventura promisit eidem Francisco bene et legaliter servire et stare mandato dicti Francisci etc. et promisit dictus Franciscus eum non licentiare absque aliqua culpa dicti Bonaventure etc. et ad hec precibus dicti Bonaventure Bartholomeus Iohannis eius fratre sponte fideiussit.  
Actum ante ecclesiam Sancte Marie super Minerbam, presentibus Dominico Petri, Golino Lorenzi, Angnilo Guinotii testibus.

<sup>a)</sup> Corretto probabilmente sulla precedente indicazione di “Viterbii” e successivamente depennato “de r” <sup>b)</sup> Depennato “se”.

## 17.

1398, aprile 21

f. 18v Indictione VI<sup>a</sup>, mense aprilis die XXI<sup>o</sup>.  
In presentia mei notarii etc. dominus presbiter Iacobus Pascutii rector ecclesie Sancti Iohannis de Pinea sponte pro se vice et nomine dicte ecclesie et pro ea locavit et titulo locationis dedit cessit et concessit Masciberti pellario de regione Pinee, presenti etc. ad pensionem et nomine pensionis etc. idest unam domum terrineam tantum et tegulatam ipsius ecclesie Sancti Iohannis de Pinea que domus posita est in regione Pinee, inter hos fines, ab uno latere tenet ortus dicte ecclesie, ab alio est domus dicti Marci, ab alio est via publica vel si qui etc. <sup>(a)</sup> \*\*\*  
Actum in porticali ecclesie Sancti Iohannis predicti, presentibus hiis testibus, scilicet presbitero Laurentio ecclesie Sancti Stefani de Pinea, presbitero Nicolao Iohannis<sup>(b)</sup> cappellano ecclesie Sancti Angeli in Foro Piscium, Matheo Marini et Lello Grasso de regione Pinee etc.

<sup>a)</sup> Il formulario del documento è stato interrotto: segue in bianco la metà restante del foglio e il successivo f. 19r fino all’“Actum”

<sup>b)</sup> Depennato “e”.

## 18.

1398, aprile 21

f. 19v Indictione VI<sup>a</sup>, mense aprilis die XXII.  
In presentia mei notarii etc. Cola Dominici funarius de regione Pinee sponte constituit suum verum legitimum et generalem procuratorem Anthonium Cachi de regione Pinee, absentem et <sup>(a)</sup> \*\*\*  
Actum in scalis palatii Capitolii, presentibus hiis testibus, scilicet domino Riccardutio de Surdis et Palutio Butii<sup>(b)</sup> tubatoris de regione Pinee.

<sup>a)</sup> Il formulario del documento è stato interrotto: segue in bianco uno spazio corrispondente a 12 righe e infine è stato annotato l’“Actum” <sup>b)</sup> Depennato “Petro Guictonis de regione P” <sup>c)</sup> Così P.

## 19.

1398, aprile 25

f. 20r Indictione VI<sup>a</sup>, mense aprilis die XXV.  
In presentia mei notarii etc. nobilis vir Iacobellus quondam Tutii Tomarotii de regione Sancti Heustachii sponte dedit ad pensionem Nicolao ( ) Petri de Monteleone de Montanea, presenti etc. idest unam domum

ipsius Iacobelli terrineam et solaratam, positam in regione predicta, inter hos fines, ab uno latere tenet Iacobus Iohannis Andree in viculo etc. pro uno anno incipiendo die primo mensis iunii proxime futuri et finiendo ut sequitur et si ex defectu dicti Nicole<sup>e)</sup> non intraret in dicto primo die mensis iunii proxime futuri dicta domus quod pensio currat etc. Hanc autem locationem et cessionem fecit dictus Iacobellus eidem Nicole pro pretio V florenorum cum dimidio etc. quos V florenos cum dimidio dictus Nicola promisit eidem Iacobello investuris (?) in proxima futura estate etc. pro quibus etc. obligavit etc. et renumpiavit etc. Actum ante tabernam domini Francisci de Barsellonibus de regione Pinee, presentibus Dominico Pauli de regione Pinee et Laurentio Rensolini de regione predicta.

20.


1398, marzo 7

f. 20v

Indictione VI<sup>a</sup>, mense martii die VII.

Blaxius Dominici de regione Trivii, Iohannes Romano, Cola Angeli Ponsi, Ang<sup>\*\*\*</sup>(<sup>a)</sup>

<sup>a)</sup> L'annotazione del documento è stata sospesa: segue la restante pagina in bianco. L'indicazione scritta alla fine del quaderno è da ritenere un appunto anche a causa della datazione che non segue la normale successione.



1.

1398, giugno 21

- f. 1r In nomine Domini amen. Anno Domini millesimo III<sup>o</sup>LXXXVIII pontificatus domini Bonifatii pape noni, indictione VI<sup>ta</sup> mensis iunii die XXI<sup>o</sup>.  
In presentia mey notarii etc. Petruspaulus Laurentii Canecti de regione Campitelli ut filius et heres quondam domine Angnile matris sue cum consensu et voluntate ac presentia domine Bartholomee uxoris quondam Cole Iohannis Stefani de regione Pinee, presenti etc. sponte renumpsiavit et refutavit Laurentio<sup>(a)</sup> quondam Cole Iohannis Stefani de regione Pinee dicto alias Ciccia, presenti etc. idest omnia iura etc. que haberent nunc et in futurum habere possent contra ipsum Laurentium pretestu cuiusdam instrumenti depositi continentis quantitatem XLIII<sup>or</sup> florenorum scripti manu Iohannis Nelloi publici notarii et generaliter etc. Hanc autem refutationem fecit dictus Petrus Paulus cum consensu ut supra eidem Laurentio, presenti ut supra pro eo quod confessus est et in veritate recongnovit se habuisse et recepisse a dicto Laurentio dictam quantitatem etc. dictorum XLIII<sup>or</sup> florenorum etc. de quibus
- f. 1v XLIII<sup>or</sup> florenis post ipsam confessionem sese bene quietum contentum et pacatum vocavit renumpsiavit exceptioni non solutorum et non receptorum dictorum XLIII<sup>or</sup> florenorum etc. pro quibus omnibus observandis obligavit omnia ipsius Petri Pauli mobilia et immobilia presentia et futura etc. et voluit pro predictis posse cogi etc. et promisit dictus Petrus Paulus cum consensu ut supra eidem Laurentio, presenti et stipulanti ut supra quod iura dicti depositi sunt ipsius Petri Pauli et ad eum spectant pleno iure etc. et quod nemini sunt vendita etc.  
Actum in domo supradicta domine Barthomee, sita in regione Pinee, presentibus hiis testibus, scilicet Barthomeo Iohannis Agubii, Angnielutio Cecchi Angnilutii de regione Pinee ad predicta vocatis et rogatis etc.

<sup>a)</sup> Depennato "dicto".

2.

1398, giugno 22

- f. 2r Indictione VI<sup>a</sup>, mense iunii die XXII<sup>o</sup>.  
In presentia mey notarii etc. Anthonius Iohannis Iacobi de regione Campitelli sponte vendidit et venditionis titulo dedit cessit et concessit dare tradere et assignare promisit Sabbe de Serromanis de regione Pinee, presenti etc. idest XXI ruba<sup>(a)</sup> lana carfangnine bene lavate et bene purgate ad usum bone mercantie quam lanam videlicet dicta ruba lane promisit dictus Anthonius eidem Sabbe, presenti ut supra, dare et assignare<sup>(b)</sup> promisit in domo dicti Sabbe per totum mensem aprilis proxime futurum cum omnibus dampnis etc. Hanc autem venditionem etc. et que dicta sunt et infra dicentur fecit dictus Anthonius eidem Sabbe, presenti et stipulanti ut supra pro pretio et nomine pretii duorum florenorum auri ad rationem XLVII solidorum provisinorum senatus pro quolibet<sup>(c)</sup> floreno quolibet rubo dicte lane videlicet XLII floreni pro omnibus dictis XXI rubis lane quos XLII florenos et pretium lane predictae dictus Anthonius
- f. 2v a dicto Sabba dante et solvente presentialiter et numeraliter et manualiter habuit et recepit in pecunia numerata etc. de quibus etc.<sup>(d)</sup> post ipsam receptionem sese bene quietum contentum et pacatum vocavit etc. et renumpsiavit etc. pro quibus etc. obligavit etc. et renumpsiavit etc. et voluit pro predictis posse cogi etc. et promisit etc.  
Actum ante domum Laurentii de Serromanis de regione Pinee, presentibus hiis testibus, scilicet Matheo Marini, Ceccho de Tybure et Romano pellario de regione Pinee ad predicta vocatis et rogatis etc.

<sup>a)</sup> Così P, come pure nei casi che seguono <sup>b)</sup> Depennato "eidem Sabbe" <sup>c)</sup> Depennato "s" <sup>d)</sup> Depennato "et renumpsiavit".

3.

1398, luglio 3

- f. 3r Indictione VI<sup>a</sup>, mense iulii die III<sup>o</sup>.  
In presentia mey notarii etc. Iohannes filius quondam Blanci de regione Sancti Angeli sponte renumpsiavit et refutavit Lie de Abrammo de regione Sancti Angeli iudeo, presenti etc. idest omnia iura omnesque actiones etc. que habet dictus Iohannes contra dictum Lia pretestu instrumenti depositi scripti manu Petri della Spada publici notarii continentis quantitatem VI florenorum etc. et generaliter etc. Hanc autem refutationem fecit dictus Iohannes eidem Lie presenti et stipulanti ut supra pro eo quod nunc presentialiter et numeraliter habuit et recepit dictus Iohannes a dicto Lia tres florenos residuum vero confessus fuit recepisse etc. de quibus etc. et renumpsiavit etc. pro quibus etc. obligavit etc. et promisit etc. et voluit etc.  
Actum in domo dicti Iohannis, presentibus hiis testibus, scilicet Paulo de Serromanis notario de regione Pinee, Homodeo pellario de regione Arenule et Iohanne Petri Pauli Pontiani de regione Sancti Angeli ad predicta vocatis et rogatis.

**4.****1398, luglio 3**

- f. 3v Indictione VI<sup>a</sup>, mense iulii die III<sup>o</sup>.  
In presentia mey notarii etc. Nanni Sabbe dictus alias Ranocchia lanarolus olim de Aquila et nunc de regione Pinee qui iuravit etc. sponte et ex certa scientia confessus est et in veritate recongnovit sese habere et tenere in depositum nomine et ex causa depositi a Sabba de Serromanis de regione Pinee, presente etc. idest LXXXVI florenos cum dimidio qui sunt pretium XXXIII ruborum<sup>(a)</sup> lane et VIII libras cum dimidio lane carfangnine vendite per dictum Sabbam eidem Nanni et eidem Nanni per dictum Sabbam tradite et assignate, de quibus LXXXVI florenis cum dimidio ad rationem predictam et pretium predictum et lanam predictam post ipsam receptionem et confessionem sese bene quietum contentum et pacatum vocavit et renumpiavit exceptioni non solutorum<sup>(b)</sup> non assignatorum non receptorum et non ponderatorum dictorum florenorum et lane predicte et depositi predicti non habiti et non
- f. 4r recepti etc. exceptioni doli mali metus etc. quos LXXXVI florenos cum dimidio ad rationem predictam et depositum predictum et pretium predictum promisit dictus Nanni eidem Sabbe, presenti et recipienti ut supra tenere custodire et salvos facere ad omnem ipsius periculum et fortunam etc. promisit etiam dictus Nanni eidem Sabbe, presenti et stipulanti ut supra dictos LXXXVI florenos auri cum dimidio ad rationem predictam et depositum predictum redere et restituere eidem Sabbe in pecunia numerata per totum mensem novembris proxime futurum cum omnibus dampnis etc. pro quibus observandis dictus Nanni obligavit dicto Sabbe, presenti ut supra omnia eius bona mobilia et immobilia etc. renumpiavit etc. et voluit etc.  
Actum in domo habitationis dicti Nanni<sup>(c)</sup>, sita in regione Pinee, presentibus hiis testibus, scilicet Petrutio dicto Piersico, Iohanne Franceschini et Colutia Luce calsolario omnibus de regione Pinee ad predicta vocatis et rogatis etc.

<sup>a)</sup> Così P <sup>b)</sup> Depennato “et” <sup>c)</sup> Depennato “presentibus”.

**5.****1398, luglio 10**

- f. 4v Indictione<sup>(a)</sup> VI<sup>a</sup>, mense iulii die X<sup>o</sup>.  
In presentia mey notarii etc. nobilis vir Butius quondam Pauli de Capoccinis de regione Pinee hac die presenti<sup>(b)</sup> sua bona voluntate confessus fuit et in veritate recongnovit sese habuisse et recepisse<sup>(c)</sup> a nobili viro \*\*\*<sup>(d)</sup>
- <sup>a)</sup> L'atto è stato depennato con tre segni di penna obliqui ed è stato poi ripetuto nel documento successivo con una diversa impostazione nel formulario <sup>b)</sup> Così P <sup>c)</sup> Depennato “hanc pro arra et parte pacamenti” <sup>d)</sup> In seguito al ripensamento del notaio il formulario è stato sospeso: segue in bianco la parte restante del foglio.

**6.****1398, luglio 10**

- f. 5r Indictione VI<sup>a</sup>, mense iulii die X<sup>o</sup>.  
In presentia mey notarii etc. Cum nobilis vir Nicolaus de Porcariis de regione Pinee<sup>(a)</sup> solverit<sup>(b)</sup> nobili viro Butio Pauli Capucie de Capoccinis de dicta regione Pinee pro arra et parte pacamenti<sup>(c)</sup> medietatem casalis que dicitur la Torre de Santi IIII<sup>o</sup> ipsius Butii et venditi eidem Nicolao<sup>(d)</sup> ducentos florenos et promiserit eidem Butio per totum mensem maii ex tunc proxime futurum solvere eidem Butio usque ad quantitatem V<sup>c</sup> florenorum auri pro meliori arra et parte pacamenti dicti casalis, videlicet trecentos florenos hac die presente sua bona voluntate dictus Butius presentialiter et numeraliter habuit et recepit a dicto Nicolao pro arra et parte pacamenti dicte medietatis dicti casalis dictas trecentos florenos ut supra promissorum<sup>(e)</sup> per dictum Nicolaum ut de dicta promissione patet manu mei notarii, de quibus trecentis florenis sese bene quietum et contentum post ipsam receptionem vocavit et renumpiavit exceptioni non solutorum etc. non computatorum in<sup>(f)</sup> dictis trecentis florenis ducentos florenos alias per dictum Butium
- f. 5v receptorum a dicto Nicolao, de quibus ducentis florenis receptis per dictum Butium ut supra patet manu mey notarii et dictus Butius iterum et de novo promisit dicto Nicolao, presenti et stipulanti ut supra quod tempore quo dictus Nicolaus solverit residuum dicte medietatis dicti casalis<sup>(g)</sup> videlicet mille quingnientos florenos prout promisit dictus Nicolaus secundum quod patet manu mey notarii<sup>(h)</sup> facere venditionem cum curis et cautelis ad sensum sapientis ipsius Nicolay etc. pro quibus etc. obligavit etc. et renumpiavit etc. et voluit etc.  
Actum in porticali domus dicti Nicolai, presentibus hiis testibus, scilicet Petrutio Iohannis domini Iacobi, Nicolao Nutii Tellonis de regione Pinee et Barthellutio quondam Petri Bellihominis de regione Sancti Heustachii ad predicta vocatis et rogatis.

<sup>a)</sup> Depennato “promi” <sup>b)</sup> Depennato p <sup>c)</sup> Depennato “ca” <sup>d)</sup> Omesso “per” <sup>e)</sup> Così P <sup>f)</sup> Depennato “eos” <sup>g)</sup> Depennato “XV<sup>c</sup> florenos” <sup>h)</sup> Depennato “dictus Butius”.



- 7.** **1398, luglio 15**
- f. 6r Indictione VI<sup>a</sup>, mense iulii die XV.  
 In presentia mey notarii etc. Sabbas de Serromanis de regione Pinee sponte renumpsiavit et refutavit Cole Cane macellario de regione Pinee, presenti etc. idest omnia iura etc. que haberet pretestu cuiusdam fideiussionis facte per dictum Colam penes dictum Sabbam pro Filippaccio de Cellis de duobus rubis lane secundum quod patet manu mey notarii et generaliter etc. Hanc autem refutationem etc. fecit dictus Sabbas dicto Cole, presenti etc. pro eo quod presentialiter et numeraliter habuit et recepit dictus Sabbas a dicto Cola dictam quantitatem dictorum duorum ruborum lane de quibus etc. et renumpsiavit etc. pro quibus etc. obligavit etc. et renumpsiavit etc. et voluit etc. et promisit etc.  
 Actum in domo domini Andree de Porcariis de regione Pinee ubi reditur ius lanarolorum Urbis, presentibus hiis testibus, Angelo Impicciati, Sabba Nicolay Iohannis Stefani et Anthonio Cacchi de regione Pinee ad predicta vocatis et rogatis etc.
- 8.** **1398, luglio 17**
- f. 6v Indictione VI<sup>a</sup>, mense iulii die XVII.  
 In presentia mey notarii etc. Anthonius quondam Amici Bellihominis de regione Parionis ut frater et heres quondam Palutii Amici Bellihominis dicti alias Ceci fratris sui <sup>\*\*\*</sup>(<sup>a</sup>)
- <sup>a</sup>) Il formulario dell'atto è stato interrotto: segue in bianco il restante foglio ed i successivi ff. 7r e v, 8r e v, 9r e v.
- 9.** **1398, luglio 20**
- f. 10r Indictione VI<sup>a</sup>, mense iulii die XX<sup>o</sup>.  
 In presentia mey notarii nobilis vir dominus Iohannes quondam Cancellarii de Montenegro canonicus ecclesie Lateranensis suo proprio nomine etc. et Iohannes Lelli Cardelli de Cardellis de regione Parionis sponte fecerunt et constituerunt eorum et cuiuslibet ipsorum procuratorem Anthonium Velli Brancatii olim de Anania et nunc de regione Parionis, presentem etc. ad faciendum generalem refutationem magnifico viro Benedicto Gaytano et suis sociis et vaxallis castris terris eius de omnibus iuribus pertinentiis eisdem domino Iohanni et Iohanni Lelli Cardelli contra dictum Benedictum et eius socios et vaxallos terras et castra eius pretestu certorum bobum retemptorum per ipsum et eius vaxallos et conductorum et receptorum in eius castris seu terris et generaliter etc.
- f. 10v dantes potestatem etc. et promiserunt etc. et relevaverunt etc. pro quibus etc. et obligavit etc. et renumpsiavit etc.  
 Actum in regione Colupne ante banchum Iannelli de Bulgaminis, presentibus domino Iohanne de Baractis canonico Lateranensis, Ceccho Iohannis Cemini et Paulo Scocciapila de regione Colupne.
- 10.** **1398, luglio 23**
- f. 11r Indictione VI<sup>a</sup>, mense iulii die XXIII<sup>o</sup>.  
 In presentia mey notarii etc. nobilis domina<sup>a</sup>) Ceccha uxor quondam Tutii de Veççosis dictus<sup>b</sup>) Meluccho de regione Pinee sponte constituit suos procuratores Petrum Paulum de Montanariis, Petrutium Pantaleo<sup>c</sup>) absentes etc. et Laurentium Iohannis de Rogeriis de Pinea presentem etc. ad omnes suas causas etc. et specialiter ad litigandum contra Angelum et Colam Malagruma et etc. et generaliter etc. promisit etc. et relevans etc. pro quibus etc. obligavit etc.
- Actum ante domum habitationis dicti Laurentii, presentibus hiis testibus, scilicet Petro Gaçassare de regione Pinee, Anthonio dicto Paliscii de regione Colupne et fratre Anthonio Simonis monaco Sancti Sabbe.
- <sup>a</sup>) Depennato "Franci" <sup>b</sup>) Depennato L <sup>c</sup>) Depennato "d".
- 11.** **1398, agosto 4**
- f. 11v Indictione VI<sup>a</sup>, mense agusti die IIII<sup>o</sup>.  
 In presentia mey notarii etc. Lucas Cecchi Cafari de regione Pinee et Iohannes eius filius cum consensu dicti Luce, presenti etc. quilibet ipsorum sponte fecerunt eorum procuratorem Paulum de Serromanis notarium de regione Pinee, Nutium Colutie Colutie Symeonis notarium de regione Colupne, Anthonium Iohannis Tutii notarium de regione Colupne, Petrus Pantaleo notarium de regione Sancti Angeli, Iohannem Tutii notarium de regione Campitelli, absentes etc. ad omnes ipsorum causas etc. et generaliter etc. dantes potestatem etc. et promiserunt etc. pro quibus etc. et obligaverunt etc.
- Actum in domo dicti Luce, presentibus hiis testibus, scilicet Iuvinello Cecchi de Lungniola, Nardutio Piccioli de regione Pinee ad predicta vocatis et rogatis.

- f. 12r Indictione VI<sup>a</sup>, mense agusti die XVII<sup>(a)</sup>.  
In presentia mey notarii etc. Iacobus Iohannis Iacobi canicator de regione Pinee qui iuravit etc. sponte compromisit et compromissum fecit in discretum virum Laurentium Cecchi Vannutii de regione Pinee<sup>(b)</sup>, absentem etc. tamquam in eius arbitrum etc. de omni lite briga discordia et questione que est inter ipsum Iacobum ex una parte et Anthonium Romani Carrari et dictum Romanum, ex alia etc. et generaliter etc. dans et concedens plenam licentiam et liberam potestatem dicto Laurentio eius arbitro arbitrandi alte et basse etc. pacem et perpetuam securitatem cum satisfactione vel sine secundum quod dicto arbitro melius videbitur et placebit etc. et promisit etc. pro quibus etc. obligavit etc. et renumpsiavit etc. duraturum<sup>(c)</sup> VIII diebus ad penam V<sup>c</sup> florenorum stipulatam etc. et ad hec precibus dicti Iacobi Stefanellus Petrigani<sup>(d)</sup>  
Iohannes Cole sutor  
Iohannes Cecchi Scorsolini  
[omnes]\* de regione Pinee sponte fideiusserunt predicto Iacobo et promiserunt<sup>(e)</sup>
- f. 12v michi notario presenti et stipulanti pro dictis Anthonio et Romano et quolibet ipsorum et dicta camera etc.<sup>(f)</sup> sese facturos et curaturos quod dictus Iacobus observavit dictum compromissum et quod descendet ex eo per dictum arbitrum ad penam predictam V<sup>c</sup> florenorum stipulatam per medietate camere Urbis et pro medietate parti etc. pro quibus observandis obligaverunt omnia bona eorum et cuiuslibet ipsorum etc. et voluerunt etc. et<sup>(g)</sup> renumpsiaverunt epistule divi Adriani et omni beneficio fideiussionis etc.  
Actum ante domum<sup>(h)</sup> Dominici Marci<sup>(i)</sup>, presentibus hiis testibus, scilicet<sup>(j)</sup> Anthonio dicto Roscio apparechiatore<sup>(k)</sup>, Alsatello et Dominico Marci de regione Pinee.

a) Corretto sul precedente “XIII<sup>lo</sup>” b) Depennato “presentem” c) P “hinc” non depennato; poi nello spazio bianco della riga sottostante è stato ripetuto “duraturum” e ancora “VIII diebus” che riportiamo nel testo allo scopo di intendere correttamente l’espressione d) Nella riga successiva è stato depennato “Laurentius Pirrocti” e) Depennato “et fideiusserunt” f) Depennato “et pro” g) Depennato “pro” h) Depennato “Laurentii Pirrocti” i) Depennato “presentibus” j) Depennato “Palutio Petri Guictonis” k) Depennato “et Nardus sutor omnibus de regione Pinee”.

- f. 13r Indictione VI<sup>a</sup>, mense agusti die XVII<sup>(a)</sup>.  
In presentia mey notarii etc. Anthonius Romani Stefani Lelli Carrarii de regione Colupne cum consensu et voluntate dicti Romani patris sui, presentis et consensientis et dictus Romanus pater dicti Anthonii, ex una parte, sponte compromiserunt in Laurentium Cecchi Vannutii de regione Pinee, presentem etc.<sup>(b)</sup> tamquam in eorum arbitrum etc. de omni lite et briga etc. quam haberent cum Iacobo Iohannis Iacobi de regione Pinee occasione quorumcumque iniurarum et offensarum illatarum vicissim et ad alterutrum etc. et generaliter etc. dantes potestatem arbitrandi inter ipsos Anthonium et Romanum, ex una parte et Iacobum predictum, ex alia, usque in presentem diem alte et basse etc. pacem perpetuam securitatem cum satisfactione vel sine<sup>(c)</sup> ad penam V<sup>c</sup> florenorum auri stipulatam etc.<sup>(d)</sup> et promiserunt etc. pro quibus etc. obligaverunt etc. duraturum hinc ad VIII dies proxime futuros etc. et ad hec precibus dictorum Anthonii et Romani Barthomeus Roberti spetiarius de regione Sancti Heustachii<sup>(e)</sup>  
Sanctolus Francisci Busse de regione Colupne
- f. 13v ipsi et quilibet ipsorum in solidum eorum bona principaliter obligaverunt pro dictis Anthonio et Romano et quolibet ipsorum et fideiusserunt pro predictis Anthonio et Romano penes dictum Iacobum et me notarium stipulantem etc. et promiserunt sese facturos et curaturos ita et taliter cum effectu quod dicti Anthonius et Romano<sup>(f)</sup> et quilibet ipsorum observabunt presens compromissum et omne quod descendet<sup>(g)</sup> ex eo pacem et perpetuam securitatem vel ad tempus cum satisfactione vel sine etc. ad penam predictam stipulatam ut supra pro quibus etc. obligaverunt etc. et renumpsiaverunt etc. et promiserunt etc.  
Actum<sup>(h)</sup> in porticali Sancte Marie Rotunde, presentibus hiis testibus, scilicet<sup>(i)</sup> Iohannes Cecchi Iohannis Lelli de regione Pontis, dominus Laurentius Carullo canonicus dicte ecclesie Sancte Marie Rotunde.

a) Corretto sul precedente XIII<sup>lo</sup> b) Depennato “de” c) L’espressione che segue fino a “stipulatam etc.” è stata annotata nello spazio libero dopo la riga successiva e ad essa rimanda un segno di richiamo d) Ripetuto e non depennato “etc.” e) Depennati i successivi nomi “Angnilus dello Impicciato de regione Pinee, Paulus Cole Filipputie de regione Colupne, Angnilutius Cecchi Angnilutii lanarolus de regione Pinee” f) Così P g) Così P h) È stato depennato il seguente “actum” annotato in fondo al foglio: “Actum in porticali ecclesie Sancte Marie Rotunde, presentibus hiis testibus, scilicet Thoma Angeli Impicciati, Cola Inerio Cartelle spetiario et Colecta calsolario de regione Colupne”, poi sostituito con l’altro “actum” annotato nello spazio bianco superiore riportato nel testo i) I nomi dei testimoni che seguono sono stati erroneamente declinati al nominativo.

- f. 14r Eodem anno, mense, indictione, pontificatu et die coram dictis testibus.

In presentia mei notarii etc. Nos Laurentius Cecchi Vannutii arbiter et arbitrator predictus inter Iacobum Iohannis Iacobi canicatore de regione Pinee, ex una parte, et Anthonium Romano Stefani Lelli Carrarium de regione Colupne et dictum Romanum eius patrem, ex alia, ut de compromisso in nos facto patet manu mey notarii etc. unde sedens pro tribunale in quadam Colupna sita in porticali ecclesie Sancte Marie Rotunde mandamus inter ipsas partes securitatem durante compromisso videlicet quod una pars non offendat alteram et altera alteram in personis et bonis ad penam V<sup>c</sup> florenorum stipulatam ut in compromisso continetur etc. reservata potestate iterum arbitrandi etc. et hoc dicimus et arbitramus omni meliori modo etc. presentibus dictis Anthonio et Romano et fideiussoribus acceptantibus.  
Actum in loco predicto.

15.

1398, agosto 17

f. 14v

Eodem anno, mense, indictione, pontificatu et die coram dictis testibus.  
In presentia mei notarii etc. Notificatus fuit per me Lellum de Serromanis notarium infrascriptum Iacobo Iohannis Iacobi canicatori de regione Pinee quomodo Laurentius Cecchi Vannutii de regione Pinee arbiter arbitrator inter dictum Iacobum, ex una parte, et Anthonium Romani Cartarii de regione Colupne et dictum Romanum eius patrem, ex alia, precepit<sup>(a)</sup> securitatem durante compromisso videlicet quod non offendant unus contra alterum et alter contra alterum etc. ad penam in compromisso contentam<sup>(b)</sup> et reservavit dictus Laurentius sibi potestatem iterum arbitrandi etc. inter dictas partes etc. presente audiente et intelligente dicto Iacobo et acceptante etc.

Actum in platea ecclesie Sancte Marie super Minerbam, presentibus hiis testibus, scilicet Anthonio dicto Rubeo apparecchiatore et Iacobo de Senis carpentario de regione Pinee ad predicta vocatis et rogatis.

<sup>a)</sup> Depennato “compromissum” <sup>b)</sup> Depennato p.

16.

1398, agosto 17

f. 15r

Indictione VI<sup>a</sup>, mense agusti die<sup>(a)</sup> XVII.

Nos Laurentius Cecchi Vannutii de regione Pinee arbiter etc. electus et deputatus a Iacobo Iohannis Iacobi<sup>(b)</sup> canicatore de regione Pinee, ex una parte, et ab Anthonio Romani Cartarii et dicto Romano eius patre de regione Colupne, ex alia, de omni briga que esset est vel esse posset inter ipsas partes usque in diem facti compromissi in nos scripti manu Lelli de Serromanis notarii infrascripti etc. unde viso dicto compromisso visis et auditis sepe sepius dictis partibus Christi nomine invocato pro tribunali sedente \*\*\*\*\* arbitramur inter dictas partes in hunc<sup>(c)</sup> modum videlicet quod dictus Anthonius debeat ire coram ipso Iacobo quando erunt congregati simul in arco Camilgiani et dicat «Iacovo quello che io feci et dissi nollo debi fare ne dicere perche sempre li fuemmo fratri» et deinde debeat dictus Iacobus respondere et dicat<sup>(d)</sup> «Anthonio perche sempre li fuemmo fratri pueyche piace ad Renzo<sup>(e)</sup> io non volglio altro da ti volglio te

f. 15v

per mio fratre» et tangat eum in pectore et dicimus dictus Iacobus vadat coram Romano patre dicti Anthonii et dicat «Romano io te agio auto sempre per mio patre et agio conosciuta la donna vostra per bona et professa donna e la familglia sua et dessi non se porria dicere se non tucto honore chi ne avessi dicto lo contrario non averia dicto lo vero» et hoc facto fiat pax et predicta dicimus etc.

Actum<sup>(f)</sup> ante capitulum Sancte Marie super Minerbam, presentibus hiis testibus, scilicet frate Paulo Petrutii de Viterbio et<sup>(g)</sup> frate Iohanne Blaxii de Spoleto ordinis predicatorum.

<sup>a)</sup> Depennato “VIII<sup>or</sup>” <sup>b)</sup> Depennato “accimatore” <sup>c)</sup> Depennato “videlicet” <sup>d)</sup> Depennato “p” <sup>e)</sup> Depennato “te v” <sup>f)</sup> Depennato “in” <sup>g)</sup> Depennato “frate Francisco Pauli de Viterbio ordinis predicatorum”.

17.

1398, agosto 18

f. 16r

In nomine Domini amen. Anno Domini millesimo III<sup>c</sup> LXXXVIII pontificatus domini Bonifatii pape noni, indictione VI<sup>ta</sup>, mense agusti die XVIII.

In presentia mey notarii et testium subscriptorum ad hec specialiter vocatorum et rogatorum. Anthonius Romani Stefani Lelli de regione Colupne, qui iuravit ad sancta Dey evangelia corporaliter manu tactis sacrosantis scripturis contra infrascripta omnia et singula non venire nec facere aliqua ratione etc. cum consensu presentia et auctoritate et mandato dicti Romani eius patris, presentis et consentis etc. et dictus Romanus pater dicti Anthonii, ex una parte, et Iacobus Iohannis Iacobi canicator de regione Pinee, ex alia, qui iuravit etc. eorum et cuiuslibet ipsorum bonis propriis et spontaneis voluntatibus dederunt et prestiterunt unus alteri et alter alteri veram et mundam pacem et perpetuam securitatem osculo vere pacis interveniente inter eos de ore ad hos et remiserunt omnes et singulas ingiurias et offensas factas dictas et illatas ad invicem et vicissim,

f. 16v

videlicet una pars contra alteram et altera contra alteram verbo vel facto usque in presentem diem et promiserunt dicti Anthonius et Romanus et quilibet ipsorum dicto Iacobo, presenti et recipienti et legitime

- stipulanti et michi notario recipienti pro eo de non offendendo nec offendi faciendi in perpetuum per sese ipsos vel alios seu alium eorum vel alterius ipsorum nomine et pro eis dictum Iacobum in persona et bonis ipsius sub pena et ad penam V<sup>c</sup> florenorum auri stipulata dicta pena et exigenda a dictis Anthonio et Romano seu ab alio ipsorum si contrafecerint et applicanda dicta pena pro medietate camere Urbis et pro alia medietate dicto Iacobo si offendi contingnerit ymmo ex nunc promiserunt dicti Anthonius et Romanus et quilibet ipsorum dictam pacem perpetuam securitatem perpetuo actendere et observare illesam cum promissione quod presens securitas et pax non intelligatur fracta nisi eo modo quo pax frangitur secundum formam statuti Urbis renumpiantes in hiis dicti Anthonius et Romanus et quilibet ipsorum capitulo statuti Urbis loquenti de penis conventiona-
- f. 17r  
libus non exigendis set voluerunt et promiserunt dicti Anthonius et Romanus et quilibet ipsorum quod totiens dicta pena tollatur et exigatur ab eis totiens quotiens per eos seu eorum alterum contrafactum fuerit etc. et e converso dictus Iacobus Iohannis Iacobi promisit et convenit dictis Anthonio et Romano, presentibus etc. dictam pacem et perpetuam securitatem perpetuo actendere et observare illesam videlicet quod perpetuo non offendet nec offendi faciet per se ipsum vel alium seu alios eius nomine in personis et bonis dictum Anthonium et dictum Romanum vel aliquem ipsorum ad penam dictorum V<sup>c</sup> florenorum stipulandam et applicandam ut supra renumpians in hiis dictus Iacobus capitulo statuti Urbis loquenti de penis conventionalibus non exigendis set voluit dictus Iacobus quod totiens dicta pena tollatur et exigatur ab eo quotiens contrafactum fuerit per eum cum promissione quod presens pax et securitas non intelligatur fracta nisi eo modo quo pax frangitur secundum formam statuti Urbis et ad hec precibus et rogatu dictorum Anthonii et Romani et cuiuslibet ipsorum  
Iacobellus magistri Iacobi  
Angnilus dello<sup>(a)</sup> Impicciato  
Paulus et  
Anthonius germani fratres filii quondam Cole Filipputie omnes de regione Colupne, ipsi et quilibet ipsorum in solidum
- f. 17v  
eorum et cuiuslibet ipsorum bona principaliter obliganda sponte fideiusserunt pro dictis Anthonio et Romano et quolibet ipsorum penes dictum Iacobum presentem etc. et promiserunt sese facturos et curaturos ita et taliter cum effectu quod dicti Anthonius et Romanus nec aliquis ipsorum perpetuo non offendent nec offendi facient per sese ipsos vel alium seu alios eorum seu alterius ipsorum nomine in personis et bonis dicti Iacobi ad penam predictam stipulatam et applicatam ut supra etc. pro quibus etc. obligaverunt etc. et renumpiaverunt etc. et voluerunt etc. et promiserunt etc. et e converso precibus et rogatu dicti Iacobi  
Stefanellus Petrigani  
Palutius Petri Guictonis  
Dominicus Marci Tomaxoli  
Palutius Butii tubatoris
- f. 18r  
omnes de regione Pinee ipsi et quilibet ipsorum in solidum eorum et cuiuslibet ipsorum bona principaliter obliganda sponte fideiusserunt pro dicto Iacobo penes dictos Romanum et Anthonium et quemlibet ipsorum, presentes etc. et promiserunt sese facturos et curaturos ita et taliter cum effectu<sup>(b)</sup> quod dictus Iacobus dicta pacem et perpetuam securitatem perpetuo actendet et observabit
- f. 18r  
illesam, videlicet quod perpetuo non offendet nec offendi faciet per sese ipsum vel alium seu alios eius nomine in personis et bonis dictos Romanum et Anthonium nec aliquem ipsorum ad penam predictam dictorum V<sup>c</sup> florenorum stipulatam et applicatam ut supra cum promissione quod presens securitas non intelligatur fracta nisi eo modo quo pax frangitur secundum formam statuti Urbis etc. pro quibus omnibus et singulis observandis et pleniter adimplendis tam dicti Anthonius et Romanus, principales et dictus Iacobus, etiam principalis, quam dicti eorum et cuiuslibet fideiussorum et quilibet ipsorum obligaverunt<sup>(c)</sup> omnia et singula eorum et cuiuslibet ipsorum bona mobilia et immobilia presentia et futura etc. et renumpiaverunt dicti fideiussores et quilibet ipsorum capitulo statuti Urbis loquenti de penis conventionalibus non exigendis set voluerunt quod totiens dicta pena tollatur et exigatur a quolibet contrafaciente quotiens contra factum fuerit per predictos principales seu aliquem ipsorum renumpiaverunt etiam dicti fideiussores et quilibet ipsorum in solidum epistole divi Adriani
- f. 18v  
nove constitutionis beneficio et omnibus capitulis statuti legibus et consuetudinibus Urbis quibus contra predicta vel aliquis predictorum venire<sup>(d)</sup> et facere posset tam dicti principales quam dicti eorum fideiussores et quilibet ipsorum in solidum ex certa scientia renumpiaverunt expresse et voluerunt pro predictis dicti principales et dicti eorum fideiussores et quilibet ipsorum in solidum posset compelli et constringi omni tempore et in omni curia etiam diebus feriatis, quibus feriatis diebus et feriis ex certa scientia dicti<sup>(e)</sup> principales et fideiussores renumpiaverunt expresse et promiserunt predicti principales et fideiussores et quilibet ipsorum in solidum et michi notario recipienti vice et nomine omnium quorum interest vel interesse poterit quomodolibet in futurum predicta omnia et singula actendere et observare et in nullo contrafacere vel venire sub obligatione dictorum bonorum et pena unius libre auri qua soluta vel non hec omnia semper firma perdurent.

Actum in platea Camilgiani, sita in regione Pinee, presentibus hiis testibus, scilicet Anthonio dicto Roscio apparechiatore<sup>(f)</sup>, Iohanne Cecchi Scorsolini et Petrutio dicto Piersica de regione Pinee ad predicta vocatis et rogatis.

<sup>a)</sup> Depennato “Impeciato” <sup>b)</sup> Depennato “quod dicti Anthonius et Romanus” <sup>c)</sup> Depennato “et” <sup>d)</sup> Depennato “contra” <sup>e)</sup> Depennato “fideiussores et” <sup>f)</sup> Depennato “de regione”.

18.

1398, agosto 18

f. 19r Indictione VI<sup>a</sup>, mense agusti die XVIII.  
In presentia mey notarii etc. Iohannes Agustinus et Palonus eius germanus frater filii quondam Iacobelli Palonis de regione Arenule unus alteri consensienti eorum bonis propriis et spontaneis voluntatibus renumpsiaverunt et refutaverunt Homodeo quondam Iuliani de Bonasengi olim de Forlivio et nunc de regione Arenule, presenti et recipienti tam suo proprio nomine quam tutorio nomine Petri Iacobi nepotis sui filii quondam Nardi fratris germani ipsius Homodey, idest omnia et singula iura que et quas habent nunc et in futurum habere possent contra dictum Homodeum, presentem et stipulantem quo supra nomine occasione cuiuscumque promissionis ut dicitur per dictum Homodeum facte dictis Iohanni et Palono seu alteri ipsorum de vendendo quondam domum dicti pupilli que olim fuit dicti olim Nardi patris dicti pupilli que domus posita est in regione Arenule terrinea et solarata inter hos fines<sup>(a)</sup> \*\*\*\*

f. 19v Item et occasione LXXXII florenorum depositorum per dictum Iohannem Agustinum et Palonum seu alterium ipsorum pro solutione seu maiori parte solutionis dicte domus penes Iusaffa bancherium Doniscii Palutii Petri Mellini, ipso presente et stipulante etc. et soluti per<sup>(b)</sup> dictum Guisaffa Thome Petri calculario viro domine Sante uxori quondam Nardi fratris dicti Homodey et generaliter etc. Hanc autem refutationem fecerunt<sup>(c)</sup> dicti Iohannes Agustinus et Palonus et quilibet ipsorum dicto Homodeo et dicto Guisaffa, presentibus et stipulantibus ut supra pro eo quod presentialiter et numeraliter receperunt a dicto Homodeo et dicto Guisaffa, presentibus dictos LXXXII florenos per eos depositatos penes dictum Giusaffa occasione predicta, de quibus etc. et renumpsiaverunt etc. absolventes et liberantes dictum Homodeum<sup>(d)</sup> pro se et quo supra nomine a dicta promissione superius declarata et promiserunt quod dicta iura et quecumque alia que haberunt dicti Iohannes et Palonus seu alter ipsorum occasione

f. 20r predicta sunt ipsorum Iohannis Agustini et Palonis et ad eos spectant et pertinent pleno iure etc. et quod nemini sunt vendita etc. et voluerunt teneri de evictione in forma prout evictio sonat in iure etc. pro quibus omnibus observandis et pleniter adimplendis dicti fratres obligaverunt penes dictum Homodeum, presentem etc. omnia ipsorum et cuiuslibet ipsorum bona mobilia et immobilia presentia et futura etc. et voluerunt pro predictis posse cogi etc. et renumpsiaverunt etc. et promiserunt etc.

Actum in apotheca seu fundico dicti Doniscii, presentibus hiis testibus, scilicet Francisco ortolano de<sup>(e)</sup> regione Pinee, Brandino de regione Arenule et Paulo de Serromanis de regione Pinee.

<sup>a)</sup> P “fundos” segue poi lo spazio dell’ultima riga del foglio lasciato in bianco <sup>b)</sup> Depennato “partem” <sup>c)</sup> Depennato “pro eo quod”

<sup>d)</sup> Depennato “a dicta” <sup>e)</sup> Depennato “regione Arenule”.

19.

1398, agosto 19

f. 20v Indictione VI<sup>ta</sup>, mense agusti die XVIII<sup>or</sup>.  
In presentia mey notarii etc. Santolus Francisci Busse notarius de regione Colupne sponte renumpsiavit et refutavit etc. Palutio Petri Guictonis de regione Pinee, presenti etc. idest omnia iura etc. que et quas habet pretestu et occasione certe quantitatis pecunie solute per dictum Santolum pro arra domus que olim fuit Barthellutii Pauli<sup>(a)</sup> Lomoli<sup>(b)</sup> etc. Item et occasione cuiusdam termini recepti per dictum Palutium coram presentibus dominis Banderensibus, scripture manu \*\*\*\* notarii continentis quantitatem \*\*\*\* florenorum. Item et occasione termini recepti per dictum Palutium coram collateralis curie Capitollii, scripti manu Pauli Petri Iohannis Cirole publici notarii continentis quantitatem XXIII solidorum provisinorum senatus. Item et occasione cuiusdam apodixe continentis dictam quantitatem dictorum XXIII solidorum cum dimidio scripture manu<sup>(c)</sup> dicti Pauli. Item et occasione expensis etc. et generaliter etc. Hanc autem refutationem etc. fecit dictus Santolus eidem Palutio presenti ut supra pro eo quod<sup>(d)</sup> confessus est se recepisse a dicto Palutio dictas quantitates etc. de quibus etc. et renumpsiaverunt etc. pro quibus etc. obligaverunt etc. et promiserunt etc. voluit etc. et renumpsiaverunt etc.

Actum in platea Sancte Marie Rotunde, presentibus hiis testibus, scilicet Nicolao Anthonii calculario \*\*\*<sup>(e)</sup>.

<sup>a)</sup> P “Pabli” <sup>b)</sup> Depennato “Item” <sup>c)</sup> Depennato “s” <sup>d)</sup> Depennato “pres” <sup>e)</sup> La citazione degli altri testimoni è stata omessa.

20.

1398, agosto 19

f. 21r Indictione VI<sup>ta</sup>, mense agusti die XVIII.

In presentia mey notarii etc. nobilis vir Paulus Stati de regione Sancti Heustachii, ex una parte, et Christofanus Gabrielis de regione Arenule, ex alia, sponte compromiserunt in Gotium de Granellis notarium de regione Arenule, absentem etc. de omni lite etc. pretestu cuiusdam responsionis<sup>(a)</sup> in qua<sup>(b)</sup> tenetur responderere dictus Christofanus de casale quod vocatur Acqua Bulicante. Item occasione dampni facti et passi<sup>(c)</sup> per dictum Christofanum etc. et generaliter etc.

Actum in domo Dominorum Conservatorum, presentibus Sabba de Graptulis et Ceccho della Giogia.

<sup>a)</sup> Depennato "facte per" <sup>b)</sup> P "quam" <sup>c)</sup> Così P.

**21.**

**1398, agosto 20**

f. 21v

Indictione VI<sup>ta</sup>, mense agusti die XX<sup>o</sup>.

In presentia mey notarii etc. Iohannes Thome Pauli Iulgli de regione Montium et domina Iohanna uxor sua cum consensu dicti Iohanni viri sui presenti etc. sponte confessi fuerunt et in veritate recongnoverunt sese habere et tenere in depositum ab Alterio Corradutii de regione Pinee, presente etc. idest VIII florenos et solidos XIII<sup>or</sup> etc. de quibus post ipsam confessionem se bene quietum et contentum vocavit et renumpiavit exceptioni non solutorum non assignatorum et non receptorum dictorum florenorum et solidorum et depositi predicti etc. quos quidem VIII florenos et solidos XIII et depositum predictum promiserunt dicti Iohannes et eius uxor dicto Alterio, presenti etc. tenere et custodire etc. et eidem Alterio restituere<sup>(a)</sup> hinc ad medietatem mensis octubris proxime futuris cum omnibus dampnis et expensis etc. de quibus etc. pro quibus etc. et obligaverunt etc. et renumpiaverunt etc. et voluit etc. et promiserunt etc.

Actum in regione Montium in domo dicti Iohannis, presentibus hiis testibus, scilicet Colutia Tutii Santarelli et Cola Angeli de regione Montium.

<sup>a)</sup> Depennato "pro".

**22.**

**1398, agosto 24**

f. 22r

Indictione VI<sup>ta</sup>, mense agusti die XXIII<sup>to</sup>.

In presentia mey notarii etc. Benedictus Constantie de regione Sancti Heustachii, ex una parte et Vergorius quondam Iannocti de regione Pinee, ex alia, sponte compromiserunt in nobilem virum Iacobum Ficoccia de regione Campitelli, absentem etc. tamquam in eorum arbitrum etc. de omni lite etc. que est vel esse posset inter dictas partes pretestu<sup>(a)</sup> quarumcumque petitionis que dicta partes ad invicem petere possent quibuscumque occasionibus usque in presentem diem cum potestate omnes dictas petitiones specificandi in presente compromisso etc. et generaliter etc. dantes potestatem etc. et promiserunt etc.<sup>(b)</sup> ad penam V<sup>c</sup> florenorum auri etc. duraturum hinc per totum mensem septembris proxime futurum etc. pro quibus etc. obligaverunt etc. et renumpiaverunt etc.

Actum in porticali domus Pauli de Serromanis de regione Pinee, presentibus hiis testibus, scilicet Paulo de Serromanis, Petrutio Iohannis domini Iacobi de regione Pinee.

<sup>a)</sup> Depennato "cuiusdam eorum bobum" <sup>b)</sup> Depennato "dur".

**23.**

**1398, agosto 27**

f. 22v

Indictione VI<sup>ta</sup>, mense agusti die XXIII<sup>o</sup>.

In presentia mey notarii etc. domina Francisca uxor quondam Iohannis domini Iacobi de regione Pinee sponte constituit suum procuratorem Paulum de Serromanis notarium de regione Pinee absentem etc. ad omnes suas causas etc. et specialiter ad petendum coram iudice camere executionem cuiusdam apodixe scripture manu Anthonii Laurentii Guidolini de regione Transtiberim continentis quantitatem II<sup>c</sup> florenorum in bonis dicti Anthonii confiscatis camere (?) predictae et generaliter etc.<sup>(a)</sup> promictens dicta domina quod quicquid per dictum suum procuratorem factum fuerit ratum et firmum habere etc. pro quibus etc. obligavit etc. relevans etc.

Actum in domo infrascripti Petrutii sita in regione Pinee, presentibus hiis testibus, scilicet Petrutio Iohannis domini Iacobi de regione Pinee et Benedicto Constantie de regione Sancti Heustachii ad predicta vocatis et rogatis.

<sup>a)</sup> Depennato "dans et".

**24.**

**1398, agosto 28**

f. 23r

Indictione VI<sup>ta</sup>, mense agusti die XXVIII.

In presentia mey notarii etc. Paulus Meuli Ianonis dictus Preyte de regione Trivii, ut principalis debitor et Cola quondam Petri Vitiati de regione Trivii et Iacobellus Lelli Dominici de regione Montium, ut fideiussor

eius, quilibet ipsorum in solidum uno solvente etc. sponte confessi fuerunt sese habere in depositum, nomine et ex causa depositi a Iohanne Cecchi Marronis de regione Pinee, presente etc. idest VII florenos auri ad rationem XLVII solidorum provisinorum pro quolibet floreno de quibus post ipsam confessionem sese bene quietos vocaverunt etc. et renumpsiaverunt etc. quos VII florenos ad rationem predictam et depositum predictum promiserunt dicti principalis et fideiussor tenere et salvos facere etc. et eos eidem Iohanni redere et restituere promiserunt per totam medietatem mensis octubris proxime futuri cum omnibus dampnis etc. pro quibus etc. obligaverunt etc.<sup>(a)</sup> renumpsiaverunt etc. promiserunt etc. et voluerunt etc.

Actum ante domum Venetiarum, sita in regione Pinee, presentibus hiis testibus, scilicet Mancino casengo et<sup>(b)</sup> Paulo de Serromanis et frater Blaxio de regione Pinee.

<sup>a)</sup> Depennato “et” <sup>b)</sup> Depennato “Mactheo”.

**25.**

**1398, agosto 31**

f. 23v

Indictione VI<sup>ta</sup>, mense agusti die ultimo.

In presentia mey notarii etc. Iohannes Paccha spetiarius de regione Colupne sponte renumpsiavit et refutavit Nicolao Mastronis spetiario de regione Sancti<sup>(a)</sup> Angnieli, presenti etc. idest omnia iura etc. que haberet contra ipsum<sup>(b)</sup> Colam pretestu cuiusdam arbitrii lati per Alterium Corradutii et Iacobum Iohannis Raynerii arbitros inter ipsas partes scripti manu mey notarii etc. et generaliter etc. Hanc autem refutationem fecit pro eo quod confessus fuit<sup>(c)</sup> dictus Iohannes Paccha recepisse a dicto Nicolao Mastronis omnem et quamcumque quantitatem pecunie in dicto arbitrio contente etc. de quibus etc. et renumpsiavit etc. pro quibus etc. obligavit etc. promisit etc. renumpsiavit etc. et voluit etc.

Actum ante luvium mercatorum, presentibus Mathoço et Rubeo apparechiatoribus<sup>(d)</sup>.

<sup>a)</sup> Depennato “H” <sup>b)</sup> Depennato “Io” <sup>c)</sup> Depennato “se” <sup>d)</sup> Segue il f. 24r bianco.

**26.**

**1398, settembre 6**

f. 23v

Indictione VII<sup>ta</sup>, mense septembris die VI<sup>o</sup>.

In presentia mei notarii etc. domina Iohanna uxor quondam Donati Gulgliemi de regione Parionis<sup>(a)</sup> que dicta domina renumpsiavit primo auxilio Velleiani etc. sponte confessa fuit et in veritate recongnovit se habere in depositum etc. ab Anthonio Iuvannecti de regione Pinee, presente etc. idest XV libras et VIII<sup>or</sup> solidos provisinorum senatus, de quibus etc. et renumpsiavit etc. quas XV libras et solidos VIII dicta domina promisit dicta domina eidem Anthonio tenere etc. et eas restituere hinc ad sex menses proxime futuros etc. pro quibus etc.

Actum ante domum dicti Anthonii, presentibus hiis testibus, Mathoço pellario et Anthonio dicto Viroça de regione Parionis.

<sup>a)</sup> Depennato “sponte”.

**27.**

**1398, settembre 7**

f. 25r

Indictione VII<sup>ta</sup>, mense septembris die VII<sup>o</sup>.

In presentia mei notarii etc. Cum Andreas Iuvenalis de Narnia olim et nunc de regione Pinee vendiderit Petro Mathana de regione Pinee tunc presenti quasdam terras ipsius Andree et unam vineam positam in dictis terris que terre et vinea posite sunt extra portam Latinam in loco qui dicitur la Valle de Accia ut suis finibus terminantur quas dictus Andreas habebat iure locationis eidem Andree facte per presbiterum et clericos Sancti Stefani de Pinea ut patet de dicta venditione manu mei notarii etc. quam venditionem dicit et in veritate confessus fuit dictus Andreas, presente dicto Petro audiente intelligente et sic verum esse confitente fecisse eidem Petro ficte et simulate et ad non valere et quia tunc temporis facte dicte venditionis per dictum Andream eidem Petro eidem Andree minabatur de dando brigam et litem<sup>(a)</sup> sibi et procterea<sup>(b)</sup> dictam venditionem fictam et simulatam<sup>(c)</sup> fecisse et ad non valere dicto Petro et quia sic verum esse confitentur idcircho personaliter constituti

f. 25v

coram me Lello notario infrascripto prefati Andreas et Petrus et quilibet ipsorum<sup>(d)</sup> de communi eorum voluntate voluerunt et licentiam dederunt michi notario infrascripto quod dictum contractum dicte venditionis per me scriptum et stipulatum cassem et irritem et annulllem de libris et protocollis mey<sup>(e)</sup> eiusdem notarii et pro casso nullo irritum et inane haberi voluerunt et promiserunt ex nunc sit et esse debeat nullus valoris roboris efficace vel momenti et quod ex nunc dictus Andreas dat licentiam dicto Petro quod in dictis terris et vinea dictus Petrus intret et eas terras et vineam labore et cultet et seminet vice et nomine ipsius Andree et pro ipso, presente dicto Petro<sup>(f)</sup> audiente et intelligente et sic verum esse confitente etc. pro quibus etc. obligaverunt etc. et renumpsiaverunt etc. et voluerunt etc.

Actum in porticali<sup>(g)</sup> domus habitationis Pauli de Serromanis, presentibus Paulo de Serromanis et Sabba de Serromanis ad hec vocatis et rogatis.

<sup>a)</sup> Depennato “dicto” <sup>b)</sup> Così P <sup>c)</sup> P “simultatam” <sup>d)</sup> Depennato “d” <sup>e)</sup> Depennata la “s” finale <sup>f)</sup> Depennato “et si” <sup>g)</sup> Depennato “ecc”.

28.

1398, settembre 10

f. 26r

Indictione VII<sup>a</sup>, mense septembris die X<sup>o</sup>.

In presentia mei notarii etc. Cola Cecchi Sellecte de regione Montium sponte et ex certa scientia confessus fuit et in veritate se recongnovit sese habuisse et recepisse et penes se habere et tenere in depositum nomine et ex causa depositi a Sabba de Serromanis de regione Pinee, presente etc. idest XX florenos auri ad rationem XLVII solidorum provisinorum senatus pro quolibet floreno, de quibus etc. et renumpiavit etc. quos XX florenos et depositum predictum promisit dictus Cola tenere et salvos facere cum ipsius Cole periculo et fortuna etc. et eosdem XX florenos ad rationem predicta et depositum predictum tenere reddere et restituere hinc per totum Carnisbrium<sup>(a)</sup> proxime futurum cum omnibus dapnis etc. pro quibus etc. obligavit etc. renumpiavit etc. voluit etc. et promisit etc. et voluit etc.

Actum in porticali domus Bartholomey ferrarii de regione Montium, presentibus dicto Bartholomeo, Angnilo Petri Raynaldi et Laurentio fratre<sup>(b)</sup> Iohannis spetiario de regione Montium.

<sup>a)</sup> Così P <sup>b)</sup> Corretto sul precedente “fratris”.

29.

1398, settembre 10

f. 26v

Eodem anno, mense, indictione, pontificatu et die et coram dictis testibus.

In presentia mei notarii etc. Sabbas de Serromanis de regione Pinee sponte renumpiavit et refutavit Cole Cecchi Sellecte de regione Montium, presenti et recipienti pro Iohanne filio suo etc. idest omnia iura etc. que habet nunc et in futurum habere posset dictus Sabbas contra dictum Iohannem filius dicti Cecchi<sup>(a)</sup>, pretestu cuiusdam exbandimenti contra dictum Iohannis concessi per consules artis lane Urbis continentis quantitatem XXXIII florenorum et \*\*\*\*\* solidorum provisinorum<sup>(b)</sup> scripti manu Sabbe Nicolai Iohannis Stefani notarii dictorum consulum etc. Item et occasione expensarum in dicto exbandimento factarum etc. et generaliter etc. Hanc autem refutationem fecit dictus Sabbas eidem Ceccho, presenti ut supra pro eo quod dictus Sabbas confessus fuit recepisse a dicto Sabba dictam quantitatem etc. de quibus etc. et renumpiavit etc. pro quibus etc. obligavit etc. et renumpiavit etc. et voluit etc.

Actum<sup>(c)</sup> in Urbe in regione<sup>(d)</sup> Montium, presentibus<sup>(e)</sup> testibus supra descriptis etc. in alio contractu a tergo<sup>(f)</sup>.

<sup>a)</sup> Depennato “presentis” <sup>b)</sup> Depennato “et” <sup>c)</sup> Depennato “etc.” <sup>d)</sup> Depennato “P” <sup>e)</sup> Depennato “hiis” <sup>f)</sup> Depennato “et”.

30.

1398, settembre 11

f. 27r

Indictione VII<sup>a</sup>, mense septembris die XI<sup>o</sup>.

In presentia mei notarii etc. Dominicus Parente famulus Cecchi Iohannis Cemini sponte constituit suum procuratorem Masci<sup>(a)</sup> pellarium<sup>(b)</sup> et Paulum de Serromanis de regione Pinee, presentes etc. ad omnes suas causas etc. et specialiter ad litigandum cum Colutia Petrucchi de Galeria et Cerratano et Iohanne molendinario etc. et generaliter etc. et promisit etc. et renumpiavit etc. et voluit etc.

Actum ante domum Rubey apparecchiatoris de regione Pinee, presentibus Meulo ortolano et Rubeo predicto.

<sup>a)</sup> Così P <sup>b)</sup> L'espressione che segue fino a “Serromanis” è stata inserita nell'interlinea superiore e ad essa rimanda un segno di richiamo.

31.

1398, settembre 12

f. 27v

Indictione VII<sup>a</sup>, mense septembris die X<sup>o</sup>.

In presentia mei notarii etc. Petrus Giutii de Lionessa de regione Pontis et Angnielus eius filius cum consensu et voluntate dicti Petri eius patris, presentis et consensientis etc. et qui Angelus primo iuravit etc. ambo quilibet ipsorum in solidum et pro toto uno solvente ceteri liberentur eorum bonis voluntatibus confessi fuerunt et in veritate recongnoverunt sese habere et tenere in depositum nomine et ex causa depositi ab Angnilutio Cecchi Angnilutii lanarolo de regione Pinee, presente etc. idest septem florenos et solidos IIII<sup>or</sup> provisinorum, de quibus septem florenis et solidis IIII provisinorum, de quibus<sup>(a)</sup> septem florenis et solidis IIII<sup>or</sup> provisinorum dicti<sup>(b)</sup> Petrus et Angnielus et quilibet ipsorum post ipsam receptionem et confessionem sese bene quietos contentos et pacatos vocaverunt et renumpiaverunt exceptioni non solutorum etc. quod VII florenos et solidos IIII<sup>or</sup> provisinorum et depositum promiserunt dicti depositarii et quilibet ipsorum in solidum tenere eidem Angnilutio, presenti etc. tenere custodire et salvos facere etc. et eidem Angnilutio redere



et restituere ad omnem petitionem et voluntatem ipsius Angnielutii etc. cum omnibus dampnis etc. pro quibus etc. obligaverunt etc. et renumpriaverunt etc. et voluerunt etc.

Actum ante bancam<sup>(c)</sup> spetiariie Iohannis Andreotii spetiarii sita in regione Colupne, presentibus dicto Iohanne et Iohanne Raynaldi casarolo de regione Colupne.

a) Depennato “III<sup>or</sup>” b) Depennata la “s” finale del precedente “dictis” c) Depennato “inter”.

32.

1398, settembre 17

f. 28r

Indictione VII<sup>a</sup>, mense septembris die XVII.

In presentia mei notarii etc. Nos Paulus de Serromanis notarius de regione Pinee arbiter arbitrator etc.<sup>(a)</sup> a Stefano<sup>(b)</sup> Iohannis funario de regione Pinee, ex una parte, et a Bucciarono Neapoleonis de regione Campitelli qui se et bona sua principaliter obligavit pro Paulo spadario de dicta regione pro quo promisit de rato, ex alia, pretestu et occasione vinee<sup>(c)</sup> ipsius Stefani et per eum vendite Meo de Vallemontone de regione<sup>(d)</sup> Campitelli<sup>(e)</sup> que vinea posita est in et super proprietate ipsius Bucciaronis ad III<sup>am</sup> redendam ipsi Bucciarono etc. ut de compromisso in nos facto patet manu Pauli Stefanutii publici notarii<sup>(f)</sup> unde viso per nos dicto compromisso et contentis in eo habita fide de dicta venditione facta per dictum Stefanum dicto Meo de dicta vinea pro XVI florenis ut patet manu Leonardi Alexii Impaccia publici notarii habite fide de promissione facta per dictum Meo dicto Stefano de solvendo dicto Stefano dictos XVI florenos infra duos

f. 28v

annos videlicet octo florenos anno quolibet de fructibus dicte vinee ut de dicta promissione patet manu dicti Nardi etc. auditis sepe sepius dictis partibus et ea que coram nobis dicere et allegare voluerunt propositis coram nobis sacrosanctis scripturis Christi nomine invocato sedentibus pro tribunali in banco seu quodam predolone sito in domo seu porticali domus nostre solite habitationis arbitramur diffinimus laudamus in hiis scriptis et in hunc modum videlicet quod dictus Paulus qui dictam vineam nunc habet et possidet de fructibus dicte vinee huius presentis anni ante tempus vendemie sive eo die quo dictam vineam vendemiaverit det et solvat cum effectu eidem Stefano XII florenos et III<sup>or</sup> florenos residuum dicti pretii det et solvat dicto tempore dicto Bucciarono si sentiret se in aliquo gravato pro mala cultura dicte vinee tempore quo dictus Stefanus tenuit ad manus suas<sup>(g)</sup>. Item et arbitramur modo et forma

f. 29r

quibus supra quantum ad penam in dicto compromisso in nos facto contentam dictus Bucciaronus faciat et procuret ita et taliter cum effectu quod dictus Paulus<sup>(h)</sup> pro quo promisit contenta in dicto arbitramento debeat cum effectu pleniter adimplere infra tempus supradictum. Item arbitramus<sup>(i)</sup> modo et forma quibus supra quantum dictus Stefanus ad dictam penam faciat eidem Paulo curam et cautelam de dicta vinea quantum de iure tenetur cum consensu et voluntate domine Marie uxoris sue ad sensum sapientis dicti Pauli et donec dictus Paulus satisfecerit eidem Stefano infra tempus supra dictum quod non liceat ipsi<sup>(j)</sup> Paulo vendemiare dictam vineam ad penam in dicto compromisso contentam et hec dicimus omni meliori modo etc.

Actum in loco predicto et lectum latum et datum fuit dictum arbitrium, presentibus hiis testibus, Anthonio Andree Ciardi de regione Colupne, Stefanello de Serromanis et Iohanne Laurentii de Serromanis de regione Pinee.

a) Depennato “inter” b) Corretto dal precedente “Stefanum” c) Depennato “cum” d) Depennato “P” e) Depennato “ut de dicta” f) Depennato “videlicet” g) Depennato “etc.” h) Depennato “Bucciaronus” i) Come sembra j) Depennato “Stefano vende”.

33.

1398, settembre 18

Die<sup>(a)</sup> XVIII dicti mensis.

Notificatus fuit dicto Paulo

Testes: Iohannes Pentanera, Cola funarius, Martinus murator [omnes] de regione Pinee.

f.v.v

[.....]  
manu dicti Nardi etc.<sup>(b)</sup> auditis partibus etc. propositis coram nobis sacrosanctis scripturis Christi nomine invocato sedentibus pro tribunali in banco sito in porticali nostre habitationis arbitramur etc. videlicet quod dictus Paulus spadarius qui dictam vineam tenet et possidet de fructibus<sup>(c)</sup> dicte vinee huius presentis anni ante tempus vendemie sive eo die quo dictam vineam vendemiaverit det et solvat cum effectu eidem Stefano XII florenos auri et III florenos auri residuum dicti pretii det et solvat dicto tempore dicto Bucciarono si sentiret se in aliquo gravato pro mala cultura dicte vinee tempore quo stetit ad manus dicti Stefani etc. Item bif. v arbitramur modo et forma quibus supra quantum ad penam in-  
[frascripto] \*\*\*<sup>(d)</sup> [Stefanello] de Serromanis, Iohanne Laurentii de Serromanis.

a) Un “bifolium”, scritto nel verso in tutta la sua altezza e strappato a metà nella parte superiore, ed ora ridotto a cm. 10×15. Si tratta di un esempio di “Notificatio” ad uno dei compromittenti. Sul verso del foglio, sul lato inferiore, è annotata la comunicazione dell’atto fatta a due testimoni e nel retto e nella prima metà del verso è riportato l’atto della “Sententia arbitratoria” il cui formulario nella parte residua appare abbreviato. Abbiamo ritenuto di inserire nel testo sia la “Notificatio” che la relativa “Sententia arbitratoria” quale espressione di un iter procedurale notarile b) Depennato “et” c) Depennato “videlicet” d) La scrittura proseguiva nella parte superiore del verso del foglio: ora rimangono solo le ultime due righe, probabilmente i testimoni dell’atto.

f. 29v Indictione VII<sup>a</sup>, mense septembris die XXII<sup>o</sup>.  
 In presentia mei notarii etc. nobilis vir Mathutius Grassi Tramundi de regione Campitelli sponte vendidit etc. Paulo Stefanutii de regione Pinee, presenti etc. idest totum integrum fructum pecudum ipsius Mathutii videlicet XVIII<sup>c</sup> idest VII catacias casey vel idcirca in domo ipsius Pauli ad usum bone mercantie et secundum quod consuetum est inter mercatores Urbis etc. et promisit dictus Mathutius promoticum (?) ipsi Paulo etc. et promisit et voluit dictus Macthutus quod si non daret et assignaret ipsi Paulo totum fructum vel alicui alie persone venderet teneri ad omnia dampna que poteretur dictus Paulus dicta occasione etc. Hanc autem venditionem fecit dictus Mathutius dicto Paulo, presenti etc. pro eo pretio quod communiter vendetur quelibet catacia inter mercatores Urbis et casarolos Urbis<sup>(a)</sup> vel sicut declarabit Iacobellus de Marronibus de regione Pinee pro quo caseo ha-

f. 30r bendo dictus Mathutius habet et recepit presentialiter et manualiter pro arris et parte pacamenti CLXXX florenos in florenis de auro et monetis de argento, de quibus etc. et renumpsiavit etc. et si aliqua altercatio esset inter dictos Mathutium et Paulum dicta occasione videlicet pretii de fructu quod non assignetur dictus Mathutius dicto Paulo vel de dampno quod esset passus (?) dictus Paulus dicta occasione ex nunc prout ex tunc et ex tunc prout ex nunc voluerunt et promiserunt dicti Macthutus et Paulus quod nobilis vir Iacobellus de Marronibus determinet et decidat ut eidem melius videbitur et promiserunt a dicta terminatione non appellare etc. ad penam V<sup>o</sup> florenorum etc. pro quibus observandis obligant omnia bona sua dictus Mathutius etc. et voluit etc. et renumpsiavit etc.  
 Actum in domo dicti Iacobelli, presentibus Iacobello dello Trampo de regione Sancti Angeli, Cola Sabbe Cecchi de regione Trivii et Cola Cecchi de Marronibus de regione Pinee.

<sup>a)</sup> Depennato “de pro quo caseo”.

f. 30v Indictione VII<sup>a</sup>, mense septembris die XXVIII<sup>or</sup>.  
 In presentia mei notarii etc. Nos Franciscus Martini ortulanus de regione Pinee arbiter etc. inter Stefanellum Cole Valentini de regione Montium, ex una parte, et Franciscum \*\*\*\*\* ortulanum de dicta regione, ex alia, pretestu cipollarum plantatarum in ortulo Francisci \*\*\*<sup>(a)</sup> unde nos Francisci predictus arbitramus quod dictus Franciscus tenetur dare hinc ad X dies eidem Stefanello unum rublum ceparum et XXVIII solidos etc.  
 Actum in porticali Venetiarum, presentibus hiis testibus, scilicet Laurentio Sanctigalli, Palutio Petri Guictonis de regione Pinee.

<sup>b)</sup> Il formulario dell'atto è stato interrotto: segue uno spazio bianco corrispondente a 7 righe.

f. 31r Indictione VII<sup>a</sup>, mense octubris die VII<sup>o</sup>.  
 In presentia mei notarii etc. Contractum fuit matrimonium per verba de presenti inter Catherinam filiam Iohannis de Viterbio de regione Pinee, ex una parte et Angnilum Rasini de Viterbio de regione Pinee, ex alia, videlicet interrogatu primo dictus Angelus per me notarium si volebat in suam legitimam uxorem dictam Catherinam, ibidem presentem, qui respondit et dixit «Volo» et e converso interrogata dicta Catherina si volebat dictum Angelum in suum legitimum maritum, ibidem presentem que respondit et dixit «Volo» et hiis verbis prolatis dictus Angelus cum quodam anulo aureo cum quodam imprompta (?) subarravit dictam Catherinam in digito anulari manus destre ipsius Catherine hiis verbis prolatis per me notarium «Quod Deus congiunsit homo non separet in nomine Patris et Filii et Spiritus Sancti amen».  
 Actum in domo habitationis ipsius Catherine, presentibus hiis testibus, scilicet Nicolao de Porcariis, Nicolao Anthonii calularii et Anthonio de Porcariis.

f. 31v Indictione VII<sup>a</sup>, mense octubris die VIII<sup>o</sup>.  
 In presentia mei notarii etc. Anthonius Anthonii Galglioiffi de regione Montium qui iuravit etc. sponte vendidit et venditionis titulo dedit cessit et concessit Angnilello Petri Pauli Rostolini de regione Pinee, presenti etc. idest<sup>(a)</sup> unam petiam vinee, videlicet vitum et arborum fructiferorum et infructiferorum in ea existentium plus vel minus quanta est, positam extra portam Apie in loco qui dicitur lo Cretaccio in proprietate ecclesie Sancti Andree de Funariis iure locationis ad rendendam annuatim dicte ecclesie XVI cungetillas musti tantum et non plus: Item duas petias vitum et arborum fructiferorum et infructiferorum in eis existentibus plus vel minus quantitatis sunt positi in dicto loco super proprietate Petri Pauli Mancini de regione Arenule ad rendendam annuatim dicto Petro Paulo III<sup>iam</sup> partem musti tantum que

- f. 32r tote vinee posite sunt extra dictam portam et in dicto loco, inter hos fines, ab uno latere tenet Cecchus Violo, ab alio tenet Anthonatius cicilianus, ab alio tenet dictus Paulus Alexii de Cinthiis<sup>(b)</sup>, ab alio est strata seu<sup>(c)</sup> via publica vel si qui etc. ad habendum etc. et per<sup>(d)</sup> Marchum Franceschini testem infrascriptum quem dictus venditor suum procuratorem constituit ad investiendum dictum emptorem etc. vendidit etiam dictus venditor eidem emptori, presenti et stipulanti etc. omnia iura etc. nullo iure in predictis reservatis etc. Hanc autem venditionem fecit quod dictus Anthonius eidem Angnilello emptori, presenti ut supra pro pretio L florenorum, de quibus L florenis et pretio predicto dictus Anthonius recepit presentialiter et numeraliter XXVI florenos, residuum confessus est se recepisse, de quibus etc. et obligavit etc. et renumpsiavit etc. et promisit quod dictus venditor<sup>(e)</sup>
- f. 32v eidem emptori, presenti ut supra quod dicta vinea est ipsius venditoris et quod nemini est vendita etc. et si contrarium aliquo tempore appareret voluit dictus venditor teneri de evictione prout iura disponunt in promissione evictionis etc. et ad omnia dampna expensas et interesse etc. pro quibus etc. obligavit etc. et renumpsiavit etc. et voluit etc. et promisit etc. et ad hec precibus dicti venditoris penes dictum emptorem presentem ut supra  
Stefanus Georgii Petri Sabbe  
Anthonius Guarini Iacobelli  
[ambo]\* de regione Montium qui iuraverunt etc. sponte fideiusserunt in casu evictionis etc. et voluerunt teneri ad omnia dampna etc. ad que tenetur dictus venditor etc. pro quibus etc. obligaverunt etc. renumpsiaverunt etc. voluerunt etc. et promiserunt etc.  
Actum ante domum habitationis Petry marmorarii sitam in regione Pinee, presentibus hiis testibus, scilicet Nicolao
- f. 33r Anthonii calculario de regione Pinee, Palutio Petri Guictonis de dicta regione, Marco Franceschini de regione predicta et Petruyo predicto ad hec vocatis et rogatis.  
a) Depennato “tres” b) Depennato “vel” c) Depennato s d) Depennato in parte “Iohannes” e) Depennato “q”.

**38.**

**1398, ottobre 13**

- f. 33v Indictione VII<sup>a</sup>, mense octubris die VIII<sup>o</sup>.  
In presentia mey notarii etc. Dominicus Petri de Urbeveteri de regione Campimartis, ut principalis debitor, et Cecchus Lelli olim de Viterbio et nunc de regione Pontis sponte quilibet ipsorum in solidum uno solvente alter liberetur sponte confessi fuerunt habere in depositum a Iacobo Iohannis de Urbeveteri de regione Sancti Heustachii, presente etc. IIII<sup>o</sup> florenos auri ad rationem XLVII solidorum pro quolibet floreno etc. quos promiserunt tenere et salvos facere etc. et eos restituere hinc per totum mensem agusti proxime futurum cum omnibus dampnis etc. pro quibus etc. obligavit etc. renumpsiaverunt etc. et voluerunt etc.  
Actum in platea Minerbie ante palatium situm in dicta platea quod nunc est Laurentii Cecchi<sup>(a)</sup> Palocchi, presentibus Anthonio<sup>(b)</sup> Mantutii de Urbeveteri de regione Pinee, Georgio Angnielli de Perusio de regione Colupne et Anthonio Tutii de Urbeveteri de regione Colupne.  
a) Depennato “Iudicis Pauli” b) Depennato “Mentu”.

**39.**

**1398, ottobre 13**

- f. 34r Indictione VII<sup>a</sup>, mense octubris die VIII<sup>o</sup>.  
In presentia mey notarii etc. Anthonius Pucciarelli olim de Anguillaria et nunc de regione Sancti Heustachii sponte vendidit Laurentio Rensolini de regione Pinee, presenti etc. idest duas rublatas maiensium plus vel minus quanta veniet in parte ipsi Anthonio dividenda cum<sup>(a)</sup> Rodallo de Morlupo que tota maiensis posita est in tenimento casalis Vallerani ad IIII<sup>ta</sup> redendam Masciolo Marchisciani de regione predicta etc. Hanc autem venditionem fecit dictus Anthonius eidem Rentio pro pretio VII florenorum cum dimidio quolibet rublo dicte maiensis<sup>(b)</sup> videlicet XV florenos pro dictis duobus rublis, de quibus modo presentialiter et numeraliter habuit et recepit dictus Anthonius a dicto Laurentio VIII florenos residuum promisit dictus Laurentius solvere eidem Anthonio quandocumque erit completa maiensis tota de seminando etc.
- f. 34v et promisit dictus Anthonius eidem Laurentio quod dicta maiensis spectat et pertinet ad eum pleno iure etc. et quod nemini est vendita etc. pro quibus etc. obligavit etc. et renumpsiavit etc. et voluit etc. et promisit dictus Anthonius eidem Laurentio, presenti etc. dicta duo rublata maiensium plus vel minus prout supra dictum est sementare cum bobus dicti Anthonii et tempore recollectionum tralgiare et aream tunc fiendam portare omnibus sumptibus et expensis dicti Anthonii etc.  
Actum ante macellum ipsius Laurentii, presentibus Laurentio Iohannis Rogerii, Nardo Iohannis Nardi et Ceccho Paulo Cole Grassi de regione Pinee.  
c) Depennato G d) Depennato “de quibus”.

f. 35r

Indictione VII<sup>a</sup>, mense octubris die VIII<sup>o</sup>.

In presentia mey notarii etc. Sabbas de Gractulis de regione Colupne sponte vendidit Nannolo Iohannis Peticti de regione<sup>(a)</sup> Trivii, presenti etc. idest herbas casalis de Tre Colompne, videlicet usque ad festum Sancti Angeli de mense maii proxime futuro ad bonum et malum et dictus Sabbas promisit tantummodo laborare cum duobus presis bobum in treso et si ultra laboretuerit quod excomputetur pro rato etc. Hanc autem venditionem fecit dictus Sabbas eidem Nannolo pro pretio XXXVI florenorum et duorum crastatorum et II casey quod pretium caseum et carnes promisit dictus Nannolus solvere eidem Sabbe videlicet medietatem in festo Nativitatis et aliam medietatem in festo Pascie Resurrectionis etc. pro quibus etc. et obligavit etc. promisit servare pascularium et prata.

Actum in domo residentie Dominorum Conservatorum, presentibus<sup>(b)</sup> Benedicto de Aurelio gabellario et Cola de Viturclano eius famulo.

<sup>a)</sup> Depennato "Pi" <sup>b)</sup> Depennato "b".

f. 35r

Indictione VII<sup>a</sup>, mense octubris die XVI<sup>o</sup>.

In presentia mey notarii etc. domina Catherina uxor quondam Colutie Luce calularii dicti alias Coluçecta de regione Pinee sponte constituit ac fecit suum procuratorem Paulum de Serromanis notarium de regione Pinee absentem etc. ad omnes suas causas etc. et promisit etc. et relevans ex nunc eum ab omni honore satisfationis etc. pro quibus etc. obligavit etc. et renumpiavit etc.

Actum ante domum ipsius constituentis, presentibus hiis testibus, scilicet Anthonio Iohanneti et Iohanne Cursalis de regione Pinee ad predicta vocatis et rogatis etc.

f. 36r

Indictione VII<sup>a</sup>, mense octubris die XVIII.

In presentia mey notarii etc. Macthias Barthomei Petri spetiarii notarium de regione Montium qui se et bona sua principaliter obligavit pro domina Iacoba uxore sua et uxore quondam Iohannis Butii Toçoli dicti Malgliata et ut matre et congiunta persona quondam Cole filii sui et dicti quondam Iohannis olim viri sui pro quo promisit de rato etc., ex una parte, et Palutius Petri Guictonis de regione Pinee qui se et bona sua principaliter obligavit pro Lella uxore sua et filia quondam Butii Toçoli predicti et sorore germana dicti quondam Iohannis patris dicti Cole et pro domina Margarita uxore ex secundo matrimonio dicti Butii Toçoli dicti Malgliara pro quibus promisit de rato etc., ex parte altera, sponte compromiserunt et compromissum fecerunt in nobilem et sapientem virum dominum Petrum Gepti de Tuscanella legum doctorem de regione Campitelli

f. 36v

absentem etc. tamquam in eorum arbitrum etc. de omni lites etc. que est inter ipsam<sup>(a)</sup> dominam Iacobam, ex una parte, et dictas dominas Lellam et Margaritam ex alia, pretestu et occasione bonorum hereditariorum dicti quondam Butii et remansorum<sup>(b)</sup> in eius bonis et hereditate ac domine Romane uxoris quondam dicti Butii ex primo matrimonio et avie paterne dicti quondam Cole filii dicte domine Iacobe que bona dicit dictus Mathias dicit spectare et pertinere ad dictam dominam Iacobam uxorem suam tamquam matrem et heredem dicti quondam Cole filii sui et etc. et dictus Palutius dicit spectare et pertinere ad dictam Lellam uxorem suam ut filiam et heredem dicti quondam Butii et dicte quondam domine Romane etc. et generaliter etc. dantes potestatem summarie procedendi et de iure terminandi etc. pro quibus etc. obligaverunt etc. et promiserunt etc. duraturum per totum presentem mensem etc.

Actum in loco capitulari Sancte Marie supra Minerbam, presentibus hiis testibus, Stefanello Iohannis Mangie notario de regione Trivii, Anthonio Tutii Niscii de regione Colupne et Ranocchia lanarolo de regione Pinee.

<sup>a)</sup> P "ipsas" <sup>b)</sup> Così P.

f. 37r

Indictione VII<sup>a</sup>, mense octubris die XVIII.

In presentia mey notarii etc. Petrus Cole Trombe spetiarius de regione Colupne qui se et bona sua obligavit pro Iohanne Grasso de regione predicta pro quo promisit de rato etc., ex una parte et Laurentius Iohannis Alexii de regione Campimartiis, ex alia, sponte compromiserunt in Colutiam Ceccharelli et Cola Lellino de regione Sancti Heustachii, absentes etc. tamquam in eorum arbitros etc. pretestu et occasione XXII florenorum et solidorum XXI petitorum per dictos Petrum et Iohannem eidem Laurentio occasione certe quantitatis corium vaccinatorum pilosorum ut dicitur vendite per dictos Petrum et Iohannem eidem Laurentio et generaliter etc. dantes potestatem alte et basse etc. et promiserunt etc. ad penam C florenorum stipulatam

etc. pro quibus etc. obligaverunt etc. et renumpsiaverunt etc. duraturum hinc ad unum mensem proxime futurum etc.

Actum ante domum Laurentii Çacchari de regione Colupne, presentibus hiis testibus, scilicet Iacobello Panegallina, Petro Paulo Laurentii Çaccari et Sabbas Iohannis scribesenatus.

44.

1398, novembre 5

- f. 37v Indictione VII<sup>a</sup>, mense novembris die XVIII.  
Nos Petrus Nelloli de regione Pinee arbiter arbitrator et amicabile compositor etc. absumptus et deputatus a Luca Cecchi Cafari de regione Pinee, ex una parte, et magistro Anthonio Alamandi de Florentia tyntor de regione Pontis, ex alia, pretestu tynture IIII<sup>or</sup> pannorum petitorum per dictum Anthonium eidem Luce ut de compromisso in nos facto patet manu mey notario infrascripti unde nos Petrus arbiter predictus, viso per nos dicto compromisso visis et auditis testibus examinatis hinc iud( ), viso cartolario dicti magistri Anthonii, visis et auditis dictis partibus et ea que dicere proponere et allegare voluerunt videlicet coram nobis habitis super hiis plena et matura deliberatione et consilio quam plurium tyntorum Urbis Christi nomine invocato proposito coram nobis sacrosanctis scripturis sedentibus pro tribunali in nostro solito banco ubi ius redunt consules artis lane pro bono pacis et concordie dictarum partium arbitramur quod ad penam in compromisso in nos facto contentam
- f. 38r hoc nostro arbitrio semper firmo manente quod dictus Lucas tenetur et debeat dare et solvere dicto magistro Anthonio pro tyntura predicta XX florenos auri ad rationem XLVII solidorum provisiorum pro quolibet floreno per totum presentem mensem novembris<sup>(a)</sup> et absolvimus ambos partes ab omnibus espensis per ipsas partes factis dicta occasione et hiis adimpletis dictus magister Anthonius facere refutationem eidem Luce si dictus Lucas vult habere et predicta dicimus arbitramur etc. presentibus et acceptantibus Laurentio casarolo procuratore dictorum partium.  
Lectum latum etc. \*\*\*<sup>(b)</sup> presentibus Palutio Petri Guictonis, Iohanne eius filio de regione Pinee et Lorenzo Petri de regione Sancti Heustachii.

<sup>a)</sup> Depennato "proxime" <sup>b)</sup> È stato omesso il restante formulario ed è stato lasciato in bianco uno spazio corrispondente a tre righe e mezzo.

45.

1398, novembre 8

- f. 38v Indictione VII<sup>a</sup>, mense novembris die VIII.  
Nos dominus Petrus domini Gepti de Tuscanella legum doctor etc. arbiter arbitrator et amicabile compositor etc. electus et deputatus a Mathia Bartholomei Petri spetiarii notario de regione Montium qui se et bona sua obligavit pro domina Iacoba uxore sua et uxore quondam Iohannis Butii Toççoli dicti alias Malgliara<sup>(a)</sup> et ut matre et congiunta persona quondam Cole filii Iohannis filii dicti Butii et mariti dicte domine, ex una parte, et a Palutio Petri Guictonis de regione Pinee qui se obligavit pro Lella uxoris sue et filia dicti Butii et sorore germana ipsius Iohannis etc.<sup>(b)</sup>, ex alia, pretestu bonorum hereditariorum quondam domine Romane uxoris dicti quondam Butii et matris dicti Iohannis etc. Item pretestu dictorum bonorum dicti Butii etc. ut de compromisso in nos facto patet manu Lelli de Serromanis publici notarii etc. unde nos Petrus predictus viso per nos dicto compromisso in nos facto et contento in eo, viso testamento factum per dictam
- f. 39r quondam dominam Romanam, viso etiam testamento dicti Malgliare, viso instrumento dotali dicte domine Romane, viso et auditis dictis partibus et que coram nobis dicere proponere et allegare voluerunt, Christi nomine invocato pro tribunali sedentibus in quodam predolone sito in domo nostre habitationis etc. propositis coram nobis sacrosanctis scripturis pro bono pacis et concordie dictarum partium arbitramur sententiamus etc. decernimus et declaramus dotem dicte domine Romane que fuit LXXII florenorum et XXXII solidorum et VI denariorum provisiorum receptam per dictum Butium a Francisco procuratore dicte domine Romane pro ea solvente ut patet manu Petri Stefani de Astallis publici notarii fuisse et esse communem inter dictam Lellam filiam et Colam nepotem ipsius domine Romane unde arbitramur medietatem dotis predictae spectare ad dictam Lellam et aliam medietatem spectare et pertinere ad prefatam dominam Iacobam matrem ipsius Cole ex persona Cole prefati<sup>(c)</sup> super bonis dicti Butii et in ipsa dote dicta domina Romana non potuisse testari secundum
- f. 39v formam statuti Urbis set tantum de aliis bonis suis que bona vigore institutionis spectaverunt ad ipsum Colam scilicet octanta substitutione et eius vigore pronumptiamus et arbitramur quartam partem dictorum aliorum bonorum ipsius domine Romane iure trebellianice debere esse ipsius domine Iacobe matris et heredis dicti Cole reliquas vero tres partes iura fideicommissi spectare et pertinere ad dictam Lellam filiam et nepotem ex alia filia primo tam de dote predicta quam de aliis bonis deducantur expensas funeris<sup>(d)</sup> hes alienum. Item arbitramur et laudamus medietatem suprapelletilium seu massaritarum relictarum per dictum Butium in suo testamento et in eius<sup>(e)</sup> hereditate remanensium et aliorum bonorum communiter spectare et pertinere ad

f. 40r dictam Lellam filiam et dominam Margaritam uxorem ipsius Butii et quod dicta domina Iacoba ex persona dicti sui filii habeat medietatem dictorum massaritarum contentam in dicto testamento et X libras de bonis dicti Butii et etiam si predicta non sufficerunt ad legitimam dicti Cole habeat supplementum dicte legitime que legitima est III<sup>a</sup> pars tertie partis dictorum bonorum Butii prelibati deductis tantum here alieno et funeribus impens( ) et predicta dicimus etc. Actum in loco predicto, presentibus hiis testibus, Paulo de Serromanis, Paulo Mancino notariis et Laurentio Palutii Domniangeli ad predicta vocatis etc.

<sup>a)</sup> Depennato “de” <sup>b)</sup> Depennato “et dicti” <sup>c)</sup> L’espressione che segue fino a Butii è stata annotata nell’interlinea superiore del foglio <sup>d)</sup> Depennato “et ex” <sup>e)</sup> P “heius”.

**46. 1398, novembre 9**

f. 40v Indictione<sup>(a)</sup> VII<sup>a</sup>, mense novembris die VIII<sup>or</sup>.  
In presentia mey notarii etc. domina Mathea filia quondam Cecchi Palurerutii olim de Tuscanella<sup>(b)</sup> et nunc uxor Cole Abatelle de civitate Viterbii olim et nunc de Urbe de regione Pinee cum consensu et voluntate dicti Cole mariti sui, presentis etc. sponte fecit et ordinavit suum procuratorem Marianum filium suum existentem in dicta civitate Viterbii, absentem etc. ad omnes suas causas etc. et specialiter ad petendum et recipiendum ab Angelo Nardutii de dicta civitate X florenos in quibus dictus Angelus apparet et obligatus vigore instrumenti depositi scripti manu ser Iohannis Bacchalarii de dicta civitate Viterbii publici notarii et ipsis receptis finem et refutationem faciendum etc. et generaliter etc. dans potestatem etc. relevans etc. pro quibus etc. obligaverit etc. et renumpiaverit et promisit etc.  
Actum ante domum habitationis domine site in regione Pinee, presentibus hiis testibus, scilicet Dominico apparecchiatore, ser Blaxio Symonis de Narnia de regione Pinee et Georgio Francisci de regione Transtiberim.

<sup>a)</sup> Sul margine sinistro del foglio è stato annotato “completum” <sup>b)</sup> Depennato “et”.

**47. 1398, novembre 18**

f. 41r In nomine Domini amen. Indictione VII<sup>a</sup>, mense novembris die XVIII.  
In presentia mei notarii etc. Angelus Ceperano de regione Arenule sponte confessus est et in veritate recongnovit se habere in depositum nomine et ex causa depositi a Laurentio Anthonii Iuvannecti de regione Pinee, presente etc. idest XX florenos ad rationem XLVII solidorum provisinorum senatus pro quolibet floreno de quibus XX florenis sese bene quietum post ipsam confessionem vocavit et renumpiavit exceptioni non solutorum non assignatorum etc. dictorum XX<sup>ti</sup> florenorum et depositi predicti non habiti et non recepti etc. quos XX florenos ad rationem predictam et<sup>(a)</sup> depositum predictum promisit dictus Angelus tenere et salvum facere omnibus ipsius Angeli periculo et fortuna etc. et dictos XX florenos et depositum predictum redere et restituere promisit ad omnem petitionem dicti laurentii etc. cum omnibus dampnis etc. pro quibus etc. obligavit etc. renumpiavit etc. promisit etc. et voluit etc.  
Actum in domo Rubey de Camilgliano, presentibus hiis testibus, scilicet Angnilo Matalima et Homodeo pellario de regione<sup>(b)</sup> Arenule.

<sup>a)</sup> Depennato “pretium” <sup>b)</sup> Depennato “P”.

**48. 1398, novembre 25**

f. 41v Indictione VII<sup>a</sup>, mense novembris die XXV.  
In presentia mei notarii etc. Anthonius Tutii Nisci mandatarius de regione Colupne<sup>(a)</sup>, principalis, et Cintius Lelli Filippe, Menicus Angnilutii de regione Colupne, ut fideiussor eius<sup>(b)</sup>, sponte confessi fuerunt habere in depositum a Masci pellario de regione Pinee, presente etc. idest XXVIII florenos ad rationem XLVII solidorum provisinorum senatus pro quolibet floreno etc.  
Actum ante domum Masci predicti, presentibus Miclule Dominici carpetarius de regione Colupne, Andrea Massarella de regione Pinee, Latio Lelli Iohannis Bracciani de regione Colupne.

<sup>c)</sup> Depennato “spo” <sup>d)</sup> Corretto sul precedente “eorum”.

**49. 1398, novembre 25**

f. 42r Eodem die et coram dictis testibus.  
In presentia mei notarii etc. Iacobus Petri olim de Frigoli et nunc de regione Campimartis cum consensu domine Andreetie uxoris sue, presentis etc.<sup>e)</sup> idest duas petias vinee videlicet vitum et arborum fructiferarum

et infructiferarum etc. plus vel minus quante sunt positas extra portam Populi, infra hos fines, ab uno latere tenet Cecchus Rapolatii, ab alio est viculus vicinalis, ante est via publica vel si qui etc. posite in proprietate domini Iacobi Tedallini ad IIII<sup>ta</sup>m redendam totius musti et acquati etc. et duos canistros uvarum etc. \*\*\*<sup>a)</sup>

<sup>e)</sup> Omesso “vendidit” e il relativo formulario <sup>a)</sup> Il formulario è stato interrotto fino alla fine del foglio: seguono i ff. 42v e 43r in bianco.

**50.**

**1398, novembre 25**

f. 43v Indictione VII<sup>a</sup>, mense novembris die XXV.  
In presentia mei notarii etc. domina Catherina uxor quondam Butii Raytini de regione Pinee et Iohannes Paulus eius filius qui iuravit etc.<sup>(a)</sup>, ex una parte, et Dominicus Marci de regione predicta, ex alia, sponte compromiserunt in Andreotium dictum Scucto de regione Colupne et Nutium Cole de Pellestrina de regione Montium absentem etc. tamquam in eorum arbitros etc. de omni lite etc. pretestu cuiusdam fenestre facte per dictum Dominicum retro domus seu camere domus ipsius Dominici. Item occasione cuiusdam faciei parietis facti et cresciuti per dictum Dominicum ante domum sue habitationis. Item pretestu cuiusdam muri siti ante hostium dicti Dominici diruiti per dictum Dominicum. Item pretestu cuiusdam ascrichi quod dictus Dominicus proycere volebat et vult super cameram ipsius Dominici<sup>(b)</sup> que dicit et asseruit dictam<sup>(c)</sup> dominam ipsum Dominicum non potuisse facere predicta

f. 44r et generaliter de omni eo quod dicte partes ad invicem petere possent dicta occasione dicte domus etc. dantes potestatem etc. et promiserunt etc. ad penam C florenorum auri stipulatam etc. duraturum hinc ad festum Nativitatis Domini nostri Ihesu Christi proxime futurum, pro quibus etc. obligaverunt etc. et renumpiaverunt etc. et voluerunt etc.

Actum ante domum ipsorum compromictentium, presentibus hiis testibus, scilicet Paulo Nannoli et Palutio Butii tubatoris et Paulo Cole Anthonii de regione Pinee.

<sup>a)</sup> Depennato “sponte compromiserunt in” <sup>b)</sup> Depennato “et q” <sup>c)</sup> Depennata la “s” finale di “dictas”.

**51.**

**1398, dicembre 9**

f. 44v Indictione VII<sup>a</sup>, mense dicembris die VIII<sup>or</sup>  
In presentia mei notarii<sup>(a)</sup> Michele de Ultrena de regione Pinee apparecchiator sponte confessus est esse debitorem Stefano pellario de regione Pontis XII florenos quos promisit redere hinc ad sex menses proxime futuros \*\*\*<sup>(b)</sup>

<sup>a)</sup> Omesso “etc.” <sup>b)</sup> È stata interrotta la prosecuzione del formulario fino all’“Actum” annotato in fondo al foglio.

**1398, dicembre 15**

f. 45r Indictione VII<sup>a</sup>, mense dicembris die XV.  
In presentia mei notarii etc. domina Felippa uxor<sup>(a)</sup> nobilis viri Lelli Butii de Capoccinis de regione Pinee que domina primo renumpiavit omni suo iure dotis donationis propter nuptias etc. et specialiter auxilio Velleiani etc. sponte vendidit et venditionis titulo dedit cessit et concessit Iohanni de Viterbio dicto alias Mathoço pellario de regione Pinee, presenti et recipienti et legitime stipulanti pro se suisque heredibus etc. in perpetuum vel cui seu quibus dictus Iohannes dare vendere et concedere voluerit idest duas petias vinee vitum et arborum fructiferorum et infructiferorum in eis existentium<sup>(b)</sup> positas extra portam Apiam \*\*\*<sup>(c)</sup>

f. 45v vendidit etiam domina eidem Iohanni, presenti et stipulanti ut supra omnia iura omnesque actiones etc. nullo iure nullaque actione in predictis reservatis et per Laurentium Anthonii Iohannecti testem infrascriptum<sup>(d)</sup> quem dicta venditris suum procuratorem constituit ad investiendum ipsum emptorem de vinea predicta cum omnibus iuribus suis etc. et donec fuerit investitus<sup>(e)</sup> dicta domina<sup>(f)</sup> precario nomine dicti emptoris tenere et possidere promisit etc. Hanc autem venditionem fecit dicta domina eidem emptori, presenti et stipulanti ut supra pro pretio et nomine pretii LV florenorum auri ad rationem XLVII solidorum provisinorum senatus pro quolibet floreno quos presentialiter et manualiter habuit et recepit dicta domina venditris<sup>(g)</sup> a dicto emptore, presente et solvente, de quibus etc. et renumpiavit etc. promisit<sup>(h)</sup> predicto emptori, presenti et stipulanti ut supra, quod dicta vinea cum iuribus et pertinentiis suis est ipsius<sup>(i)</sup> venditricis et quod per eam nulle alie persone est vendita etc. et si contrarium aliquo tempore appareret voluit teneri de evictione

f. 46r in forma secundum formam statuti Urbis<sup>(j)</sup> etc. pro quibus etc. obligavit omnia bona sua etc. et voluit pro predictis posse cogi etc. et ad hec precibus et rogatu dicte domine Felippe et pro ea

Cola Dominici funarius

Angnilellus Petripauli Rostolini

Marcus Iotii de Pilellis

omnes de regione Pinee ipsi et quilibet ipsorum in solidum sponte fideiusserunt penes dictum Iohannem, presentem et stipulantem ut supra, et promiserunt<sup>(l)</sup> se facturos etc. quod dicta vinea vendita ut supra cum

iuribus et pertinentiis suis est ipsius venditricis et quod nemini est vendita etc. et voluerunt teneri de evictione in forma secundum formam statuti Urbis et voluerunt tenere ad omnia et singula ad que tenetur dicta domina venditrix etc. pro quibus etc. obligavit etc. et renumpsiavit etc. et voluerunt etc.

Actum in quadam domo Butii de Capoccinis sita in regione Pinee iuxta domum habitationis Pretelampe, presentibus his testibus, scilicet Anthonio Laurentii Iohannecti calulario

f. 46v

Meulo Cole Mathelice ortolano, Agabito Lelli Petrutii tabernario de regione Pinee.

<sup>a)</sup> Depennato “quondam” <sup>b)</sup> Depennato “quante” e “Item” <sup>c)</sup> La prosecuzione dell’atto è stata interrotta ed è stata lasciata in bianco la parte del foglio per uno spazio corrispondente a 4 righe <sup>d)</sup> Depennato “quod” <sup>e)</sup> Corretta la desinenza sul precedente “investita” <sup>f)</sup> Depennato “sive” <sup>g)</sup> Depennato “eidem emptori” <sup>h)</sup> Segue “eidem” non depennato sostituito nell’interlinea superiore da “predicto” <sup>i)</sup> Depennato “domine” <sup>j)</sup> Depennato “p” <sup>k)</sup> Depennato “et voluerunt”.

52.

1398

Thomaxius<sup>(a)</sup> de Florentia in ospitio Lune in Campofloris equos et arma ser Iacobi de familiari Iohannis de Colupne pro III<sup>or</sup> florenis.

<sup>a)</sup> L’annotazione che segue, scritta alla fine del quaderno, si riferisce probabilmente ad un appunto sui crediti del notaio. Altri appunti di vario genere di crediti e di promemoria per gli atti notarili sono riportati nel verso della pergamena originale del quaderno. Per essi si rimanda alla descrizione del ....

